flowers, and the fructification of plants, with their various distributions into method. And the second the generation of plants with their sexes, and manner of impregnating the seed. Also concerning the *animalcula in semine masculino*. Together with the nourishment of plants, and circulation of the sap in all seasons analogous to that of the blood in animals; with many curious remarks and several discoveries, and improvements, adorned with figures. *London. John Innys* 1720. *in* 8.

Miscellaneous observations in the practice of Physick, Anatomy, & Surgery, with new and curious remarks in Botany. *London. W. Mears* 1715. *in* 8.

Mem. [illegible]

In hoc libro continentur observationes plantarum I. [illegible] II. [illegible] III. [illegible] IV. [illegible] V. [illegible] VI. *Pyrus* [illegible] Tournef. I. R. H. VII. *Pyrus* [illegible] VIII. [illegible]

Pharmacobotanologia, or an alphabetical and classical dissertation on all the Britisch indigenous and garden plants of the new London Dispensatory, in which their genera, species, characteristick and distinctive notes are methodically described, the botanical terms of art explained, their virtues, uses, and shop preparations declared. *London. G. Strahan.* 1723 *in* 4. Decas I. 1724. Decas II. 172. Decas III. 1727. Dec. IV. V. & VI. Sloan.

Observations upon the generations of plants. *Ph. Trans.* n. 369.

BLEGNY [*Nicolaus*]

Descriptio plantæ rarioris [Echinomelocactus] recens ex America allatæ. *Ext. in* Zod. Med. Gal. an. 1683. obs. 1

BLONDUS [*Michael Angelus*] vid. Theophrastum

BOAK vel *BOCKIUS* [*Hieronymus*] notior TRAGI nomine, Medicus & Theologus, natus an. 1498. Obiit an. 1554.

Dissertationes de quarundam herbarum nomenclaturis. *Ext. cum* Herbario Brunfelsii, *impr. Argent.* 1532. *in fol.*

Kräuter buch wie auch von den 4. Elementen, Thieren, Vogeln, und Fischen &c. *Strasburg.* 1546. *in fol.* Ex cat. bib. Lugd. Bat.

—— Ibidem, *apud Joseph Rihel.* 1572. *in fol.* Ex cat. bib. Rivin.

—— *Ibidem.* Auch wie man die Kräuter zu rechter zeit sammlen, und distilliren, durch Melchior Sebizius. *apud eundem.* 1580. 1586. & 1595. *in folio.*

—— Ibidem, cum additionibus Melch. Sebizii. *Argentinæ, apud W. Chr. Glaser.* 1630. *in fol.* B. R.

Veræ atque ad vivum expressæ imagines omnium herbarum, fruticum, & arborum, quarum nomenclaturam & descriptiones Hieronymus Bockius in suo tum Germanico tum Latinitate donato ac recens edito herbario comprehendit, nunc primum minori forma excusæ. *Argentinæ, apud Wendel. Rihelium.* 1553. & 1554. *in* 4. Icon. 567. Bib. S. Gen.

De Stirpium maxime earum quæ in Germania nascuntur usitatis nomencla-

claturis, propriisque differentiis, nec non temperaturis & facultatibus, commentariorum libri tres, Germanica primum Lingua conscripti, nunc in Latinum conversi à Davide Kybero Argentinensi. His accesserunt Præfationes duæ, altera Conradi Gesneri rei herbariæ Scriptorum qui in hunc usque diem scripserunt Catalogum complectens; altera ipsius auctoris herbariæ cognitionis laudes continens. Præterea corrollarii vice ad calcem adjectus est Benedicti Textoris Segusiani de stirpium differentiis libellus. *Argentinæ, apud eundem* 1552. in 4. Falc.

Mong. Bibl. Sic. Gior. de Letter. 1713. art. 2.

BOCCONUS [*Paulus*] qui, cum in Cisterciensium ordine nomen professus esset, Sylvius in posterum dictus est. Natus Panormi VIII. Kal. Mai. an. 1633. Obiit XI. Kal. Jan. an. 1704. Academiæ Nat. Cur. Socius, & Magni Ducis Etruriæ Botanicus.

Monitum de Abrotano marino. *Catanæ*. 1668. *plag*. 1.

Recherches & observations naturelles touchant le Corail, la pierre étoilée, & l'embrasement du Mont Etna. *Paris. Bolon.* 1672. in 12.

Les mêmes augmentées, avec des observations sur les plantes qu'on trouve dans la Sicile, & quelques réfléxions sur la vegetation des plantes examinées à diverses fois dans l'assemblée de la Societé Royale de Londres, & dans les conferences de l'Abbé Bourdelot à Paris. *Amsterdam, J. Janssen.* 1674. in 8. fig.

Augustinus Oldoinus in Athen. Ligust. scripsit Bocconum alteram ejusdem operis partem paravisse, quæ nunquam lucem vidit.

Epistola Botanica. *Ext. in libro* Bizzarrie botaniche &c. Nicolai Gervasii, *Neapoli. Novellus de Bonis*. 1673. in 4.

Ph. Trans. n. 104.

Icones & descriptiones rariorum plantarum Siciliæ, Melitæ, Galliæ, & Italiæ, quarum unaquæque signata ab aliis ejusdem classis facilè distinguitur. *Oxonii e Theat. Sheldon*. 1674. in 4. B. S. Ger.

Editionem aliam Londinensem ejusdem anni cum præfatione Roberti Morisoni, memorat Mongitorius *Bib. Sic.* quam nunquam vidimus.

Act. Er. Lip. 1686. Ph. Tr. n. 207.

Osservazioni naturali, ove si contengono materie Medico-fisiche, & di Botanica, produzioni naturali, fossori, diversi fuochi sotterranei d'Italia, e altre curiosità, disposte in Trattati famigliari. *Bologna, per li Manolessi*. 1684. in 12.

Act. Erud. Lips. suppl. Sect. 1. p. 133. Tr. Ph. n. 247. cum notis J. Raii. Gior. de Let. t. 1. p. 216.

Museo di piante rare della Sicilia, Malta, Corsica, Italia, Piemonte, e Germania, con 133 figure in rame. *Venezia. Giovanni Battista Zuccato*. 1697. in 4. B. R.

Raius in catalogo *Stirpium Europæarum extra Britanniam nascentium*, seriem plantarum Siciliæ exhibuit ex hoc Bocconi opere desumptam.

Dum P. Bocconus anno 1697 Venetias iter faceret cum Cl. Viro Sherardo varias plantas collegit, ex eisque herbarium siccum instructum habuit. [illegible] probans [illegible] descriptiones [illegible] [illegible] anno [illegible] Attamen D. Antonius Jussieus Botanices Professor Parisiensis in Præfatione operis Barrelieri, ab illo jures

juris publici facti, Bocconum increpat, eo quòd raro in suo opere Barrelieri mentionem faciat, à quo tot plantas & simplicium icones acceperit. Auctores Diari Veneti, D. Jussiæ accusationes retundunt, variisque probant exemplis Bocconium iterum ac sæpius Barrelierum citasse, ab eoque se multas plantarum icones mutuatum esse profiteri. Tom XXI. p. 111

Iconum Musei rariorum plantarum Pauli Bocconi index, ab Arcadio Capello Med. Veneto editus, cum additamentis ex Decadibus excerptis ad majorem stirpium notitiam. *Venetiis in 4.*

Museo di Fisica e di Esperienza variato e decorato di osservazioni naturali, note medicinali, e ragionamenti, secondo i principi de' moderni, con una dissertazione della origine, e della prima impressione, delle produzioni marine, ed anche intorno l'origine de' Funghi. *Venezia. Giov. Batt. Zuccato.* 1697. *in* 4. Act. Er. p. 191 an. 1697.

Appendix ad Museum de plantis Siculis, cum observationibus Physicis nonnullis. *Venetiis, apud Andream Poleti.* 1702. *in* 8. Ex cat. bib. Rivin.

Museum experimentale physicum, complectens observationes eruditis & curiosis in Germania viris dicatum. *Francofurti, apud Michael. Rohrlacht.* 1697 *in* 12. *Germanicè.*

Observatio circa nonnullas plantas marinas imperfectas uti Fucos, Corallinas, Zoophyta, Fungos, & similes, eorumque originem, ad Lucam Schröckium. *Ext. in* Miscel. Acad. Nat. Cur. Dec. III. an IV. in append. p. 142.

Manifestum Botanicum de plantis Siculis, aut tantum descriptis, aut penitus novis, in illo Regno observatis. *Catanæ, apud Bonavent. Roccam.* 1668. *in folio.*

Elegantissimarum plantarum semina Botanicis honesto pretio oblata per Paulum Bocconum. *Catanæ.* 1668 *in folio.*

BOBARTIUS [*Jacobus*] Horti Botanici Oxoniensis Præfectus.

Tertiam partem historiæ plantarum Oxoniensium evulgavit. *Vid.* Morisonium.

A discourse concerning effets of the great frost on trees, and other plants anno 1683. drawn from the answers to some queries sent into divers countries by Rob. Plot, and from observations of Jacob Bobart. *Ph. Trans.* n. 165

BOEHM [*Joannes*]

Catalogus rariorum plantarum hortuli Joannis Boehm. *Venetiis.* 1689. *in* 8.

BOERHAAVIUS [*Hermannus*] Medicinæ, Chymiæ, & Botanicæ Professor emeritus Lugduni Batavorum. Obiit die 23. Septembr. 1738.

Orationem funebrem in eum habuit Alb. Schultens, Linguar. Oriental. Professor.

Index plantarum quæ in horto Academico Lugduno Batavo reperiuntur. *Lugduni Batavorum, Cornelius Boutestein.* 1710. *in* 8. Act. Er. Oct. 1716. Ph. Tr. n. 115.

Ibidem, *apud Jannsonios.* 1720. *in* 8.

Hanc editionem Boerhaavius in catalogo operum suorum non agnoscit. Initio operis præfigitur historia horti.

Act. Er. Suppl. T. VIII. p. 111.

Index alter plantarum quæ in horto Acad. Lugdun. Batav. aluntur. *Lugduni Batavorum, apud Petrum vander Aa.* 1720. *in* 4.

Historia plantarum quæ in horto Academico Lugduni Batavorum crescunt, cum earum characteribus, & medicinalibus virtutibus. *Lugduni Batavorum.* 1727 *in* 12.

—— Eadem. *Romæ, apud Franciscum Gonzagam.* 1727. *in* 12.

Hoc opus neque agnoscit Boerhaavius in præfato catalogo, neque etiam illud de Viribus Medicamentorum, de quo in secunda parte hujusce catalog.

Index alter plantarum quæ in horto Acad. Lugduno Batavo aluntur. *Lugduni Batavorum. vander Aa.* 1727 *in* 4. Pars I. & II.

Botanicum Parisiense Vaillantii edidit. Vid. Vaillantium.

BOKELMANNUS [*Joannes Fridericus*]

Disputatio inauguralis de Trifolio paludoso, seu fibrino. Rectore Joh. Jacobo Rau. *Lugduni Batavorum, apud Conrad. Wishoff* 1718. *in* 4.

BOMBAST [*Aureolus Philippus Theophrastes*] ab *Hohenheim*, Paracelsus *cognominatus.*

De plantis tractat cap. VII. sequentis operis.

Operum Medico-Chymicorum sive paradoxorum Tomi XII. *Francofurti, apud Palthenios* 1603. *in* 4. vol. 4.

—— Genevæ. 1658. *in fol.* vol. 3.

BONARDUS [*Joannes Maria*]

De Plantis tractat lib. 1. sequentis operis.

La miniera del Mondo, nella quale si tratta delle cose più secrete, e più rare de' corpi semplici nel mondo elementare &c. mandata in luce da Luigi Grotto cieco d'Adria. *Venezia. Agost. Zoppini.* 1589. *in* 8. B. R.

—— Ibidem, *apud eumdem.* 1600. *in* 8. Sloan.

BONFANTES [*Angelus Matthæus*] *de Cassarinis.*

Epistole Botaniche. *Ext. in libro* Bizzarrie Botaniche Gervasii.

BONHAM [. . . .]

Notas hic auctor in plantas scripsit, quæ in Theatro plantarum Parkinsonii editæ sunt.

BONTIUS [*Jacobus*] Medicus in insula *Batavia.*

Notæ in Garciæ ab Horto Historiam Plantarum Brasiliæ. *Ext. cum operibus Pisonis Vid.* Pisonem.

Bontius moriens Historiam plantarum Brasiliæ Pisoni legavit, quæ tunc imperfecta erat, illumque rogavit, ut ad finem usque perduceret.

BOOT [*Anselmus Boetius*] Medicus Brugensis.

Florum

Florum, herbarum, ac fructuum selectiorum icones & vires, pleræque hactenus ignotæ, ex bibliotheca Olivarii Vredi J. C. Brugensis. *Francofurti, apud Marnium.* 1609. Ex Sander de Er. Brug.

—— eædem, quibus accessit Lamberti Vossii Lexicon novum herbarum tripartitum, Latino-Flandro-Belgico-Gallicum, Flandro-Belgico-Latinum, & Gallico Latinum. *Brugis Luc. Kerchovius.* 1640. in 4. B. R.

BORELLUS [*Petrus*] Castrensis.

Hortus seu armamentarium Simplicium, Mineralium, Plantarum, & Animalium, ad artem medicam utilium, cum brevi earum etymologia, descriptione, loco, tempore, & viribus. *Castris.* 1666. in 12. cum appendice. B. S. Ger.

—— Parisiis. 1669. in 8. Ex cat. bib. Rivin.

BORRICHIUS [*Olaus*] Medicus, natus mense Apr. an. 1626. in loco *Borchen* Daniæ. Obiit V. Non. Oct. an 1690.

De plantis in planis silicibus enatis. *Ext. in* Act. Hafn. an. 1672. n. 59. 1.
De Alga saccharifera. *In iisdem.* n. 59. 2.
De Orchide Hebræa, & tetrorchoide. n. 60.
De Hyosciami radice spirali. n. 61.
De Chamæmelo contortuplicato. De Hieracio contortuplicato & strumoso. n. 62. cum fig.
De Ranunculo fasciato. Cotula, Hesperidi, Chamæmolo, & pediculo Cerasi fasciatis. n. 63. cum figur.
De Ophioglosso lingua una, sed bifida, & Plantagine spica itidem bifida. n. 64. cum fig.
De Kali inscripto ὑπογραφῇ συμβόλων. n. 65.
De Musco cathartico. n. 66.
De Visco Amygdalæ & flori Caryophyllæo innato. n. 67.
De Geranio, Corona imperiali, Hyssopo, & Martagon fasciatis. *An.* 1673. n. 59.
De Pyro Pyro innato. n. 60.
De Scabiosa prolifera singulari. n. 65.
De Pomo bifera. n. 66.
De Alga saccharifera. *An.* 1676 n. 59.

BOSE [*Caspar*] Botanicæ Professor Lipsiensis.

De motu plantarum sensus æmulo Dissertatio Botanica Philosophica, in Acad. Lips. propugnata. *Lipsiæ, lit. Breitkopfianis.* 1728. in 4.

Dissertatio de iis quæ in Botanico studio plus ingenii quam veritatis demonstrant. Ex bib Germ. tom. 28. p. 178.

Musæ quæ Javanensibus Pysang politissimæ, & inter congeneres principis plantæ descriptio & icon, in horto Casp. Bosiani Lipsiensi natæ, Act. Lips. communicata. Act. Er. 1734. p. 171.

BOSMAN [*Gulielmus*] Protomercator in arce S. Georgii ab *Elmina*, & vice Præfectus oræ maritimæ Guineensis.

De plantis tractat in Itinere Guineensi, Epist. 16.

Voyage de Guinée. Utrecht Ant. Schouten 1705 in 12. B. R.
In linguam Germanicam versum. *Hamburgi* 1708 in 8.

BOSSE *Hadrianus*, *Vid.* Robertum.

BOUCHER [*Petrus*]

Cap. IX. [illegible]

Histoire veritable & naturelle des moeurs, & productions, du pays de la nouvelle France, vulgairement dite le Canada. *Paris Florentin Lambert* 1664 in 12.

BOURGUET [*Ludovicus*] Nemausensis.

[illegible] Lettres Philosophiques sur la formation des Sels, & des Cristaux, & sur la génération & le mechanisme des plantes &c. Amsterdam. *L'Honoré & Chatelain* 1729 in 12.

BOYM [*Michael*, e Societate Jesu, Summi Pontificis apud Sinenses Legatus.

Flora Sinensis fructus floresque pertingens, cum figuris aeneis. *Viennae*, *apud Matthaeum Rictium* 1656 in *fol.* cum *fig.* 23. Sloan.

In linguam Gallicam versa. *Ext. in libro:* Recueil des Voyages de M. Melchisedec Thevenot. *Paris*, *Thomas Moëtte* 1696 in *fol.*

BRADLEYUS [*Richardus*] Botanices Professor Cantabrigiensis, & Soc. Anglic. Socius.

Historia plantarum succulentarum, complectens hasce insequentes plantas: Aloen, Ficoidem, Cereum, Melocardum, aliasque ejus generis, quae in horto sicco coli non possunt, secundum prototypum puta naturam in tabellis aeneis insculptas, earundem descriptiones huc accedunt, & cultura. *London* 1716 in 4. Latine & Anglice Decas I. 1716. Decas II. 1725. Decas III. 1727. Decades IV. & V.

[illegible] A Philosophical account of the works of nature &c. *London W. Mears* 1721 in 4.

An account of the Ananas, or West-Indian Pine apple, as it now flourishes in Sr. Matthew Deckers garden at Richmond in Surrey, under the care of Henry Telende. *Ext. in ejusdem libro:* A general Treatise of Husbandry &c. *London* 1726 in 8.

A true account of the Aloe Americana, or Africana, which is now in blossom in Mr. Cowell's garden at Hoxton, which is upwards of twenty foot high, and has already put forth thirty branches for flowers all upon one stem, twelve whereof are already fairly opened and blown out. As also of two other exotick plants called the Cereus, or Torch-thistle, which have likewise put forth their blossoms in Mr. Cowell's said garden, the like whereof has never been seen in England before. *London. T. Warner* 1729 in 8. *fig.* [illegible]

Observations and experiments relating to the motion of the sap in vegetables. *Ext.* in Ph. Trans. n. 349.

BRAUNIUS [*Nicolaus*] Medicus. *Vid.* Tabernamontanum.

BREN-

BRENDELIUS [*Adam*] Anatomiæ & Botanicæ Professor.

De Rorella dissertatio inauguralis, resp. Jo. Georgio Siegesbeck. *Wirtembergæ. Sam. Creusigius.* 1716. in 4.

BREYNIUS [*Jacobus*] Gedanensis ex Germania inferiore oriundus, natus an. 1637. Obiit an. 1697.

Exoticarum aliarumque minus cognitarum plantarum Centuria prima, cum figuris æneis, & Appendice: *item* Wilhelmi ten Rhyne Medicinæ in Batavia Professoris excerpta ex observationibus suis Japonicis de frutice Thee, cum fasciculo rariorum plantarum ab eodem in Promontorio Bonæ spei, & Sardanha sinu an. 1673. collectarum, atque demum ex India an. 1677. in Europam ad Jacob. Breynium missarum. *Gedani, typis autoris.* 1678. *in fol. fig.* 109.

Harum plantarum catalogus extat in H. ß. pl. Rai. p. 1927.

Fasciculi rariorum plantarum Prodromus primus, cui accessere interrogationes de nonnullis plantarum in Centuria prima descriptarum partibus. *Gedani. Dav. Frid. Rhetius.* 1680. in 4.

Prodromus secundus exhibens catalogum plantarum rariorum 688. in hortis Hollandiæ observatarum. *Ibid.* 1689. in 4.

De Musco pulmonario terrestri sanguineo observ. *Ext. in* Miscel. Acad. Natur. Cur. an. III. obs. 289.

De Amomo Arabum. *In iisdem.* obs. 291.

De Amygdalo holoserico capitis Bonæ spei. *In iisdem.* obs. 292.

De ligno Guaianensi citrato. *In iisdem.* obs. 293.

De radice arboris Jacæ. *In iisdem.* obs. 294.

De radice Thauzarghenta. *In iisdem.* obs. 295.

De Tacamahacca liquida. *In iisdem.* obs. 296.

De Resina Ambræ facie Guinaica. *In iisdem.* obs. 297.

De Quercu nivea, ubi aliarum quarumdam plantarum foliis versicoloribus fit mentio. *In iisdem.* ann. IV. & V. obs. 129.

De arbore Canella Zeylanica, & de arbore Camphorifera Japonica. *In iisdem.* obs. 130.

De cortice aromatico Indiæ orientalis Canellæ facie. *In iisdem.* obs. 131.

De foliis arboris Guaiacanæ, colorem purpureum fundentibus. *In iisdem.* obs. 132. cum figur.

De Mogori frutice. *In iisdem.* obs. 133.

De bulbo Liliaceo vomitorio Capitis Bonæ spei. *In iisdem.* obs. 134.

De Chrysocome, sive Stœchade ignescente. *In iisdem.* obs. 135.

De Convolvulo hep aphyllo, Indico, villoso. *In iisdem.* obs. 136. cum fig.

De planta scandente, hederaceis foliis, Zeylanica. *In iisdem.* obs. 137. cum fig.

De Apocyno Indico minori Nummulariæ foliis. *In iisdem.* obs. 138. cum fig.

De Buglosso echioide, Indico, Convolvuli cærulei folio. *In iisdem.* obs. 139. cum fig.

De Selagine III. Thalii. *In iisdem.* obs. 140.

De Fungo coriaceo, quercino, hæmatode. *In iisdem.* obs. 150. cum fig.

De Fungo barbato, quercino, teterrimi odoris, fœtido. *In iisdem.* obs. 151. cum fig.

De Fungo cornu dorcadis facie. *In iisdem.* obs. 152.

De Fungo Sinensi antidotali, lac Tigridis dicto. *In iisdem.* obs. 153. cum fig.

BREYNIUS [*Joannes Philippus*] Jacobi filius, Medicus Gedanensis, Academiæ Naturæ Curiosorum Socius, *Callimachus* dictus.

Dissertatio Botanico-Medica de radice Ginsem, seu Nisi, & Chrysanthemo bidente Zeylanico, Acmella dicto, Præside Frederico Dekkers. *Lugd. Batavor. Abraham. Elzevier* 1700. in 4. cum figura. Sloan.

De Fungis officinalibus, & eorum usu in Medicina, Dissert. inaug. resp. Breynio, Rectore Philippo Reynaldo Vitriario. *Lugduni Batavorum, apud eundem.* 1702. in 4.

Historia naturalis Cocci radicum tinctorii quod Polonicum vulgo audit, præmissis quibusdam coccorum in genere, & in specie, coccum ex Ilice quod grana Kermes, & alterum Americanum quod *Cochenille* Hispanis dicitur spectantibus. *Gedani, apud Cornel. a Beughem.* 1731. in 4. fig. 2.

Add. Ex. separatim Ph. Tr. n. 421. cum observ. Baxt. Bardeton Musf. Soc. Tr. ph. n. 406.

In Commercio Litterario an. 1731. additiones quædam ad hunc tractatum impressæ sunt.

De plantis & insectis quibusdam rarioribus in Hispania ab auctore observatis. *Ext.* in Misc. Ac. Nat. Cur. Cent. V. & VI. in append.

De balsamo carpathico. *In iisdem.* Cent. VIII. obs. 2.

De ribes Arabum. *In iisdem.* obs. 3.

De Alcyonio raræ & elegantis structuræ, reperto in mari Britannico Epistola. *In iisdem.* Cent. VII. & VIII. in append.

Variæ observationes de plantis in itinere Italico factæ an. 1703. *Ext.* in Phil. Transf. n. 334.

Dissertatiuncula de Agno vegetabili Scythico *Borametz* vulgo dicto. *Ext.* in Tr. Phil. n. 390.

De hoc agno *Vid.* Kircherum in opere *de Arte Magnetica* p. 724. & 725. Fort. Licetum *de spontaneo viventium ortu* c. 45. Andr. Libavium in *Hist. Agni Scythici.* Euseb. Nierembergium in *Hist. nat.* p. 54. Adam Olearium in *Itinere Persico* p. 133. Olaum Wormium p. [illegible] &c.

Is etiam Floræ Prussicæ Lochelii editioni novæ Helwingii præfationem composuit, quæ catalogum historiæ naturalis scriptorum Borussiæ & Poloniæ continet. *Vid.* Helwingium.

BRIGANTUS [*Annibal*] Chietensis.

Due libri dell' Istoria de i semplici aromati e altre cose, che vengono portate dall' Indie Orientali pertinenti all' uso della Medicina di Garzia dall' Orto Medico Portughese, con alcune brevi annotazioni di Carlo Clusio, e due altri libri parimente di quelle che si portano dall' Indie Occidentali di Nicolò Monardes Medico di Siviglia tradotti da Annibale Briganti. *Venetia, Fr. Ziletti.* 1582. in 4.

[illegible]

Editio anno 1576 à Schenckero in Bib. cit. non citatur.

BRODINUS [*Laurentius*]

De Trifolio aquatico disputatio habita *Aboæ* an. 1723. Ex Act. Suec. 1725.

BROHON [*Jannes de*] Constantinatensis

De stirpibus vel plantis ordine alphabetico digestis Epitome, longè quàm antea locupletior edita, cui accesserunt Volatilium, Piscium &c., apud Gallias nomina, per Leodegarium à Quercu. *Cadomi, Dionysius Bonnet.* 1541 in 8.

BROMELIUS [*Olaus*]

Chloris Gothica, sive catalogus stirpium circa Gothoburgum nascentium, in quo exhibentur quotquot hactenus inventæ sunt quæ sponte proveniunt, in agris seruntur, una cum synonimis selectioribus tam Latino quam Suevico idiomate. *Holmiæ. Johan. Rabm.* 1694. in 4.

Lupulogia. *Stockh.* 1687. in 12. Suevicè. Ex Lin. bib. bot.

BROSSE [*Guido*] Medicus, & Horti Botanici Parisiensis Præfectus.

De la nature, vertu, & utilité des plantes. Ouvrage divisé en 5 livres. Le I. traite de l'excellente nature des plantes. Le II. définit & divise les plantes en leurs générales especes, d'autre sorte que celles des anciens, & cherche leurs vertus. Le III. est un traité de Chymie, qui enseigne le moyen de connoître leurs vertus. Le IV. est un discours des propriétés générales des plantes. Le V. est l'usage général des plantes. *Paris. Rollin Baragnes.* 1628. in 8.

Avis pour le jardin Royal des plantes médecinales que le Roy Louis XIII. veut établir. *Paris. Jacques Dugast.* 1631. in 4. Fasc.

Hic liber iterum editus cum titulo: Avis défensif du jardin Royal des plantes médecinales à Paris.

In eodem continentur: Mémoire des plantes usageres, & de leurs parties, que l'on doit trouver à toutes les occurrences, soit recentes ou seches, selon la saison, au jardin Royal des plantes, ensemble les sucs, eaux, simples, distillées, les sels, & les essences.

Edit du Roy de France Louis XIII. pour l'établissement des plantes medecinales du mois de Janvier 1626.

Cinq Lettres de Gui de la Brosse, écrites à Mr Bouvart, au Roy Louis XIII. au Cardinal de Richelieu, au Garde des Sceaux, & au Sur-Intendant des Finances, au sujet de l'établissement de ce jardin.

Description du jardin Royal des plantes medecinales, avec le catalogue des plantes qui y sont. *Paris.* 1636. in 4.

Hoc etiam anno 1628 primum edita fuit, titulo præmisso: Dessein du jardin Royal pour la culture des plantes Medecinales à Paris, où est amplement deduite la raison de sa necessité, & quel bien il peut apporter au public. Avec les 5 lettres, & le catalogue des plantes.

L'Ouverture du jardin Royal de Paris pour la démonstration des Plantes Medecinales. *Paris. Jacques Dugast.* 1640. in 12.

BRO-

BROSTERHUSIUS [*Joannes*]

Catalogus plantarum horti Medici illustris Scholæ Auriacæ quæ est Bredæ quibus in ipsa origine instructus est anno 1647. *Bredæ Joannes a Waesberge* in 12. B. H.

BROTHERTON [*Thomas*] e loco *Hey* in Comitatu Lancastriæ oriundus

An account of several curious observations and experiments, concerning the growth of trees. *Ph. Trans.* n. 187.

BRONEUS [*Gulielmus*]

Catalogus horti Medici Oxoniensis Latino-Anglicus, & Anglico-Latinus. *Oxon. Henr. Hall.* 1648. in 12.

— Iterum alphabetice digestus duas priores plantarum chiliades complectens, priore duplo auctior, nec non etymologicis qua Græcis, qua Latinis, hinc inde, petitis enucleatior: in quo nomina Latina pariter & Græca vernaculis, & in ejus sequiore parte vernacula Latinis præponuntur. Cui accessere plantæ numerum sexaginta, suis nominibus insignitæ, cura & opera sociâ Philippi Stephani M. D. & Gul. Brounei Art. Mag. adhibitis etiam in consilium D. Roberto patre hortulano Academico, ejusque filio, in parte rei herbariæ callentissimis. *Oxon. Gul. Hall.* 1658. in 8.

BROWN [*Joannes*] Societatis Anglic. Socius.

Ph. Tr. n. [illegible] — De Camphora.

BROWN [*Samuel*] Medicus in arce S. Georgii Indiæ Orientalis.

His first book of East India Plants, with their names, vertues, description, and some additional remarks by James Petiver. *Ph. Trans.* n. 264. His second book n. 267. His third n. 271. His 4. n. 274. His 5. n. 276. His 6. n. 277. His 7. n. 282.

BRUCCIOLI [*Antonius*] *Vid.* Plinium.

BRUCKMANNUS [*Franciscus Ernestus*] Marienthallensis Medicus Brunswicensis Acad. Nat. Cur. & Borussiæ Socius.

Specimen Botanicum de Fungis subterraneis vulgo Tubera terræ dictis. *Helmstadii*, typis *Salom. Schnorrii* 1720. in 4. fig. 4.

De Avellana Mexicana vulgo Cacao Dissertatio Botanico-Medica inauguralis. Præside Jo. Carolo Spies. *Helmstadii*, *Herman. Dan. Hammius* 1721. in 4. cum fig.

— Editio altera priori auctior. *Brunsvigæ*, *Ludolphus Schroderus*. 1728. in 4. cum fig. Sloan.

De lapide violaceo Sylvæ Hercyniæ (*In hoc opere agit de Lichene crustaceo, murino, rubro*) *Guelph.* 1725. in 4. Ex Lin. bib.

[illegible] — Specimen primum Botanico Medicum, exhibens fruticem [illegible], ejusque infusum [illegible] Ola dictum. *Brunsvigæ*. *Ludolph. Schroder*. 1727. in 4. cum fig.

[illegible] — Specimen posterius exhibens arborem *Lumbon Daran*, ejusque oleum *Lumbon Olei* dictum. *Ibidem*, apud eundem. 1727. in 4. cum fig.

Epistola

Epistola de terrestri cole. *Wolf.* 1729. *in* 4. Ex Lin. bib.

De Ocymastro flore viridi pleno observatio botanica. *Wolfen.* 1732. *in fol.* cum figura.

BRUNFELSIUS [*Otho*] natus Moguntiæ patre doliario, in ordine Carthusianorum nomen professus est, deinde Ludi literarii magister evasit. Obiit IX. Kal. Dec. an. 1534.

Herbarum vivæ eicones, ad naturæ imitationem summa cum diligentia & artificio effigiatæ, una cum effectibus earumdem. Quibus adjecta est ad calcem appendix isagogica de usu & administratione simplicium. *Argentorati*, *apud Joan. Schottum.* 1530. *in fol.* tom. primus.

Merklinus & Lindenius editiones hujusce tomi memorant annor. 1532. 1537. 1539. quas numquam vidi. Brunfelsius primus Germanorum icones ex vivo delineatas edidit. Opus second 238. figuras continet quarum 16. iterantur.

Tomus alter. *Ibidem.* 1531. *in fol.* in quo continentur:

I. Appendix de vera herbarum cognitione.

II. Exegesis omnium simplicium Dioscoridis, & quomodo iis quæ in officinis servantur respondent.

III. Scribonii Largi de simplicibus fragmentum.

IV. Demonstrationes aliquot herbarum ex corollarii Hermolai Barbari, de quibus dubium quibusdam est qualibus nominibus designentur apud Auctores.

V. Joannis Manardi Ferrariensis Medici annotationes aliquot simplicium ex scriptis ejus extractæ.

VI. Pandulphi Collinutii de interpretatione simplicium quæ sunt apud Plinium, calumniis Leoniceni responsio.

VII. Leonardi Fuchsii annotationes de simplicibus à Medicis hactenus perperam intellectis, & æstimatis.

VIII. Comitis Hermanni à Neunar censuræ aliæ herbarum super eadem re.

IX. Joachimi Schylleri medici judicium de Caryophyllis.

X. Hieronymi Tragi dissertationes fere 50. de herbarum quarumdam nomenclaturis.

XI. Marci Gatinaræ medici Ticinensis annotatio una & altera de Taraxaco, Cichorea, Iva, Esula, & Soldanella.

XII. Jacobi de Manliis Alexandrini interpretatio simplicium secundum ritum officinarum.

XIII. Hieronymi Tragi herbarii apodixis Germanica, ex qua facilè vulgares herbas omnes licebit perdiscere: *Germanicè.*

—— denuo natus. *Argentorati*, *apud eumdem.* 1536. *in folio.* cui accessit, tomus tertius, in quo continentur Corollaria operi præfixa in quibus Auctor respondet calumniatoribus suis, passim errata quædam priorum tomorum diluens.

—— Tert. *Argentinæ apud eumdem.* 1540. *in folio.* tomi tres quibus accessit.

I. De usu & administratione simplicium.

II. Herbarum usus qui primi scripserunt: illarum inventio, deque antiqua medicina, & quorum hodie minus exercentur earum remedia.

III. Laus Agriculturæ.

IV. Agriculturæ studium apud veteres. Illustres Romæ agrorum cultores. Agricolarum leges, & quæ observanda in agro parando. Hortorum cura. Ratio rigandorum hortorum, & quæ translata melius fiant: deque succis & saporibus hortensium. De hortorum morbis & remediis circa formicas & culices.

V. Herbarum qualitates, quemadmodum ex colore, odore, & succis vestigandæ, quibus temporibus maxime legendæ herbæ. De herbarum differentiis variis. Classes temperamentorum. Gradus herbarum, earumque operationes & effectus varii, cum variis tabulis.

In ext. loco bib. Tig. ... auctoris *Herbarium*. *Pictorum. Argentina.* 1539. cum fig. in *fol.* & in 4. German. ...

Plures Tractatus à Brunfelsio collecti nempe:

I. Joannis Serapionis Arabis, de simplicibus medicinis opus.

II. Averrois Arabis, de eisdem liber.

III. Incerti auctoris de Centaurio libellus, hactenus Galeno inscriptus. *Argentorati, apud Georgium Ulrich. Andlanum.* 1531. *in folio.* B. R.

Onomasticum medicum, continens omnia nomina herbarum, fructuum, arborum, seminum, florum, lapidum pretiosorum, morborum, instrumentorum medicinæ, & id genus alia. *Est* cum operibus Theophrasti ex versione Gazæ. *Argentorati.* 1534. & 1543. *in folio.* Ex cat. bib. Acad. Lugd. Bat.

BRUNYER [*Abel*]

Hortus Regius Blesensis. *Parisiis.* . .

[illegible] Editio altera, cui accessit 500. plantarum nomenclatura. *Parisiis, Vitré.* 1655. *in fol.*

BRUYN [*Cornelius*] natus Hagæ-Comitum V. Kalend. Aug. an. . . .

De quibusdam Plantis Orientalibus in Itineribus suis tractavit.

Voyage au Levant, c'est-à-dire dans les principaux endroits de l'Asie mineure, dans les isles de Chio, Rhodes, Chypre, de même que dans l'Egypte &c. traduit du Flamand. *Delft. Henry Kroonevelt* 1700. *in folio.*

[illegible] Voyage en Perse & aux Indes. *Amsterdam. Wetstein.* 1718. *in fol.* vol. 2.

Hæc duo Itinera, conjunctim impressa: *Rouen* 1725. *in 4.* vol. 5.

In Itinere Persico de plantis loquitur Tom. I. hujus ultimæ editionis. cap. 8. 14. 16. 19. 42. Tom. II. cap. 55. 57. 58. 63. 65. 66. 67. 71. 76. &c.

BRY [*Theodorus de*] ex oppido *Oppenheim*

Florilegium novum, hoc est, variorum maximeque rariorum florum ac plantarum singularium, una cum suis radicibus & cepis, eicones, ære sculptæ. *Francofurti.* Pars prima an. 1612. II. an. 1614. III. an. 1618. *in folio.*

Item

Idem mutato titulo. Anthologia magna, five florileg um maximum, rariorumque germinum, florum, ac plantarum, quas pulchritudo, fragrantia, usus, varietas, differentia commendat &c. eicones elegantissimæ æri incisæ, cum suis caulibus, scapis &c. additis eorum propriis veris ac generis nominibus. *Francofurti, in officina Bryana.* 1600. *in folio.* B. R.

—— Editio altera nempe: Florilegium renovatum & auctum &c. *Francofurti, apud Matthæum Merian.* 1641. *in folio.* B. Maz.

Huic editioni accessere solummodo plantarum icones *Horticulturæ Ferrarii*, & tabula ænea variis viridarum figuris instructa, cum Ichnographia horti Schwindii.

—— Francofurti. 1692. *in folio.* Bib. Sti. Victor. Par.

Hæc editio omnibus numeris cum prima congruit.

BUCHNERUS [*Joannes Gothofredus*] Acad. Nat. Cur. Socius.

De rarioribus quibusdam plantis ac fructibus in Voigtlandia natis observatio. *Ext. in* Miscel. Ac. Nat. Cur. vol. II. obs. 169.

BULDAEUS [*Philippus*]

De plantis Indiæ in opere infra scripto tractat.

Beschreiving de Oost-Indische Kusten Malabar, Coromandel, Ceylon &c. *Amsterdam.* 1672. *in folio.*

BULKLEY [*Ricardus*]

An account of the propagation of Elms feed. *Ph. Tr.* n. 205.

BUMALDUS [*Antonius*] *Vid.* Montalbanum.

BURGGRAVIUS [*Joannes Philippus*]

Disputatio Inauguralis de Malo Sinensi aureo.

Ext. etiam in Historia Simplicium Mich. Bern. Valentini pag. 647.

BURLOT [. . . .]

Observation sur la Camphorata de Montpellier. *Ext. in* Act. Ac. Sc. Par. an. 1703.

BURMANNUS [*Johannes*] Botanices Professor Amstelodamensis.

Thesaurus Zeylanicus exhibens plantas in insula Zeylana nascentes, inter quas plurimæ novæ species & genera inveniuntur, omnia iconibus illustrata ac descripta. *Amstelodami* 1737. *in* 4. Tab. icon. CX.

Rariorum Africanarum plantarum ad vivum delineatarum iconibus ac descriptionibus illustratarum Decades IV. *Amstelodami.* 1738. *in* 4.

Ejusdem operis aliæ decades VI. prodierunt *ibid.* 1739.

BURRHUS [*Franciscus Josephus*] *Vid.* Reusnerum.

BURSERUS [*Joachimus*] *Vid.* Petr. Martinum.

BUXBAUS [*Joannes Christianus*] Academiæ Petropolitanæ Socius.

Enumeratio plantarum in agro Hallensi crescentium. *Halæ.* 1721. in 8.

—— Eadem accuratior, una cum earum characteribus & viribus quæ variæ numquam antea descriptæ exhibentur, cum Præfatione Friderici Hoffmanni de methodo compendiosa plantarum vires & virtutes in medendo indagandi. *Halæ Magdeb. in off. Rengeriana.* 1721. in 8.

Act. Lit. Lon. II p. 21. Act. er. Jan. 1729.

Plantarum minus cognitarum Centuria Prima, complectens plantas circa Byzantium & in Oriente observatas. *Petropoli, typis Academiæ.* 1728. in 4. Icones 65.

—— Ejusdem operis Centuria II. *Ibidem.* eod. anno. Icones. 50.

—— Centuria III. *Ibidem.* 1729. Icones. 74.

—— Centuria IV. *Ibidem.* 1733. Icones. 66.

Nova plantarum genera. I. Chamædaphne. II. Potamopytis. III. Ceratocarpus, cum figuris. *Ext. in* Act. Ac. Petropolit. tom. 1. pag. 241.

I. Badiagæ species tres. 1. Badiaga major, quæ Muscus aquaticus ceratoïdes Loeselii. 2. Badiaga major altera. 3. Badiaga cinerea, quæ spongia ramosa fluviatilis Newtoni, Raii hist. 81. II. Lupinaster, cum fig. III. Polii folia, quæ Vitis idææ affinis. Polifolia montana J. Bauhini. IV. Planta Africana quam vocat, Polifolia Africana fruticosa, cum figuris. *In iisdem tom.* 2. *pag.* 313.

Plantæ quædam dubiæ ad sua genera revocatæ. I. Juncifolia sub aquis nascens, Cochleariæ capsulis, *Raii Syn.* Alyssum palustre folio Junci, *Buxb.* II. Alsine verna Androsaces capitulis *C. B. Prodr.* Androsace montana flore minore *Buxb.* cum fig. III. Androsace Africana, flore magno *Buxb.* cum fig. IV. Ceratiæ quodammodo affinis Bengalensis, foliis bigemellis, subrotundis, siliquis admodum intortis, & in orbes circumflexis nucis nigricantibus, fructu rubro, macula nigra insignito *Plucknet.* Crista Pavonis Breynii. Poinciana Tournefortii. V. Equisetum junceum n grinodum Capitis Bonæ Spei. An Arundinis gramineæ aculeatæ Alpini genus? *Breyn.* Scirpus Africanus, Equiseti foliis *Buxb.* cum fig. *In iisdem, tom.* 2. *pag.* 369.

De propagatione fungorum per radices. *In iisdem. tom.* 3. *pag.* 264.

De Periclymeno humili Norvegico Casp. Bauhini. *In iisdem. pag.* 268.

Observationes circa quasdam plantas Ingricas. *In iisdem. pag.* 270.

AE-

C.

CAESALPINUS [*Andreas*] Aretinus, in Academia Pisana Professor, Clementis VIII. Medicus, obiit Romæ an. 1603.

De plantis libri XVI. *Florentiæ. Gregor. Marescottus* 1583. *in* 4. B. R.

De medicamentorum facultatibus libri duo. *Impressi cum* Quæstionibus Peripateticis *ejusdem Auctoris. Venetiis apud Juntas an.* 1593. *in* 4.

Appendix ad libros de Plantis, & Quæstiones Peripateticas. *Romæ. Aloysius Zannetus.* 1603. *in* 4. B. R.

CAESARIUS [*Joannes*] *Vid.* Plinium & Celsum.

CAESIUS [*Fridericus*]

Phytosophicæ tabulæ in stirpium differentia, & studiosorum institutione. *Ext. in* Rerum Medicarum thesauro Recchi pag. 901. & in Historia plantarum Mexicanarum Hernandez. *Vid.* Hernandez.

CAIUS [*Joannes*] natus Nordwicki an. 1510. Obiit an. 1563.

De stirpium Historia liber unus, cui access. de Canibus Britannicis liber I. & de libris propriis liber I. *Londini. Gulielmus Serefius.* 1570. *in* 12. B. R.

Plantarum quatuor descriptionem solummodo continet hic liber, Granorum scilicet Paradisi, Palmarum, Pisorum in Britannico litore sponte nascentium, & Ilicis.

—— Ibidem, cura Samuelis Jebb Medicinæ Doctoris. *Carolus Davis.* 1729. *in* 8.

CALANDRINIUS [*Joannes Ludovicus*] Matheseos & Philosophiæ Professor Genevensis.

Theses physicæ de vegetatione & generatione plantarum, resp. Jacobo Andrea Genev. auctore. *Genevæ.* 1734.

CALCEOLARIUS vulgò *Calzolaris* [*Franciscus*] Pharmacopola Veronensis.

Sc. 10658. Vat. III. pars 2.

Il viaggio di Monte Baldo dalla magnifica Città di Verona, nel quale si descrive con maraviglioso ordine il sito di detto monte e d'alcune altre parti ad esso contigue, & etiandio si narra d'alcune segnalate piante e herbe che ivi nascono, e che all' uso della medicina più di tutte l'altre conferiscono. *Venezia. Vincenzo Valgrisi.* 1566. *in* 4. B. Maz.

In Latinam linguam illud iter deinde vertit Calceolarius, sequenti titulo insignitum.

Iter Baldi civitatis Veronæ montis, in quo &c. *Venetiis. Vincentius Valgrisius.* 1571. *in* 4.

—— Ibidem. *Paulus Zanfrettus.* 1584. *in* 4. ex Bom. bib.

—— Francofurti ad Mœnum. 1586. *in* 4. Falc.

Extat etiam cum Mathioli epitome à Joan. Camerario edita.
Benedictus Ceruus & Andreas Chioccus Museum Calceolarii descripserunt.

CALDARONE [*Jacobus*] Panormi natus Kal. Febr. an. 1561

Epistola Botanica. *Ext. in libro* Bizzarrie Botaniche di alcuni Semplicisti di Sicilia. *Neapoli. Nic. de Bono.* 1674. in 4.

CALDENBACHIUS [*Chrystophorus*]

De Olea Dissertatio. *Tubingæ.* 1679. in 4.

De Vite Dissertatio *Ibidem.* 1685 in 4. Ex cat. bib. Mafeld. n. 1786.

CAMELLUS [*Georgius Andreas*] Moravus, e Societate Jesu.

Historia stirpium insulæ Luzonis & reliquarum Philippinarum. *Ext. in* Historia plantar. Jo. Raii tom. 3.

Act. Er. an. 1699. p. 1... Tractatulus de Faba S. Ignatii, seu genuina Serapionis nuce vomica. *Ext. in* Transf. Phil. an. 1699.

Ext. etiam lingua Anglica, in iisdem Transact. n. 250.

A description and figure of the true Amomum, or Tugus, sent by the same to. John Ray. *In iisdem.* n. 248.

A description of some Corals and other curious submarina Plants, sent to James Petiver from the Philippines. *In iisdem.* n. 286.

Tractatulus de plantis Philippinensibus scandentibus ad Jac. Petiverium missus. *In iisdem.* n. 293. Pars 2. n. 294. Pars 3. n. 295. Par 4. n. 296.

CAMERARIUS [*Alexander*]

De Botanica Dissertatio. *Tubingæ.* 1717. in 4.

CAMERARIUS [*Joachimus*] Medicus, Norimbergæ natus an. 1534 obiit an. 1598.

Symbolorum & Emblematum centuriæ tres. I. ex re herbaria desumta. II. ex animalibus. III. ex insectis. *Norimbergæ. Joan. Hoffman, & Camerar.* Cent. I. an. 1590. & 1593. II. an. 1595. III. an. 1597. in 4.

—— Francofurti, quibus accessit quarta. 1605. in 4.

—— Ibidem, typis *Joan. Ammonii.* 1654. in 4. Editio auctior. B. Mas.

—— Ibidem, cum additionibus Ludovici Camerarii Joachimi filii, *apud eundem.* 1661. in 4.

—— Moguntiæ. *Lud. Bourgeat.* 1677. in 8.

Εκλογαὶ Γεωργικαὶ, sive opuscula de re rustica, quibus præter alia Catalogus rei botanicæ & rusticæ scriptorum veterum & recentiorum insertus est. *Norimbergæ. Catharina Gerlachin.* 1577. in 4. B. R.

In hoc opere continentur I. Sententiæ de præcipuis rei rusticæ partibus insigniores, ex diversis auctoribus collectæ.

II. Leges rusticæ ac villicæ.

III. Proverbia quædam selectiora rustica.

IV. Hieroglyphicæ picturæ antiquæ, boni agricolæ officium designantis explicatio.

Immo fallitur Auctor, cum hæc pictura Dei Naturæ sacra repræsentet.

V. Al-

V. Alberti Lollii encomium vitæ rusticæ exponens, ex Italica in linguam Latinam conversum.

VI. Altera epistola Aeneæ Sylvii ejusdem argumenti.

VII. Carmen eadem tractans Lazari Bonamici.

VIII. Catalogus Scriptorum rei rusticæ, & herbariæ, ac similium tam veterum quam recentium qui in variis linguis aliquid de his scripserunt.

—— Ibidem, *apud Paul. Kauffmann.* 1596. *in* 8. Falc.

De Plantis epitome utilissima Petri Andreæ Matthioli &c. novis plané & ad vivum expressis iconibus, descriptionibusque longe & pluribus, & accuratioribus locupletata. Accessit iter Bald. Fr. Calceolarii. *Francofurti ad Mænum.* 1586. *in* 4. fig. 1003. Falc.

Hortus medicus & philosophicus, in quo plurimarum stirpium breves descriptiones, novæ icones non paucæ, indicationes locorum natalium, observationes de cultura earum peculiares, atque insuper nonnulla remedia euporista continentur. *Item*, Sylva Hercynia, sive catalogus plantarum sponte nascentium in montibus & locis plerisque Hercyniæ sylvæ à Johanne Thalio conscriptus. *Francofurti ad Mænum. Joan. Feyrabend.* 1588. *in* 4. Falc.

—— *Norimbergæ, apud eundem.* 1654. *in* 4.

Icones accuratæ præcipuarum stirpium quarum descriptiones tam in horto quam in sylva Hercynia suis locis habentur. *Francofurti. Jo. Feyrabend.* Icones IX.

Plantarum tam indigenarum quam exoticarum icones. *Antverpiæ. Moretus.* 1591. Ex cat. bib. Thuanæ.

Notas in Matthiolum lingua Germanica fecit Camerarius. *vid.* Matthiol.

CAMERARIUS [*Rudolphus Jacobus*] Medicinæ Professor Tubingensis, & in eadem civitate Horti Botanici Præfectus, Academiæ Nat. Cur. Socius, natus XII. Kal. Mart. an. 1665. obiit III. Idus Sept. an. 1721.

De Mimosa Dissertatio inauguralis, respondente Georg. Balthaz. Metzgero. *Tubingæ.* 1683. *in* 4.

De Helleboro nigro, Dissert. *Ibidem.* 1684. *in* 4.

De plantis vernis Dissertatio inauguralis, resp. Elia Camerario Tubingensi. *Tubingæ. Martinus Rommeius.* 1688. *in* 4.

De Cichorio Dissert. I. & II. *Ibidem.* 1690. *in* 4. Ex cat. bib. Rivin.

De convenientia plantarum in fructificatione & viribus Dissert. *Ibidem.* 1699. *in* 4.

De Scordio Dissertat. inauguralis, respond. Vito Eberardo Rothio. *Ibidem.* 1706. *in* 4.

De Ustilagine frumenti Dissertatio inauguralis, resp. Joanne Andrea Planer Freudenstadensi. *Ibidem, Conradus Reisius.* 1709. *in* 4.

De Lolio temulento, Dissertatio inauguralis, respondente Geor. Burcardo Seegerio. *Ibidem.* 1710. *in* 4.

Biga Botanica. Cervaria nigra, & Juniperus communis, Dissertatio inaug.

inaug. respond. Georg. Alb. Camerario. *Ibidem.* 1712. in 4. Ex cat. bib. Matfeld. n. 2911.

De Fumaria Dissertatio. *Ibidem.* 1718. in 4. Ex cat. bib. Rivin.

Disputatio Medica de Rubo Idæo, resp. Theophilo Henrico Serwey Tubingensi. *Ibidem.* 1721. in 4. Sloan.

De Fungo calciformi seminifero. *Ext. in* Misc. Ac. Nat. Cur. Dec. II. an. VII. obs. 156.

De Lolio temulento. *In iisdem.* an. VIII. obs. 173. & in appendice ad hanc observationem.

De seminibus Mori subventaneis. *In iisdem.* an. IX. obs. 122.

De Cerinthe & Tetraspermo. *In iisdem.* an. IX. obs. 123.

De semine Brassicæ. *In iisdem.* Decur. III. an. I. obs. 105.

De Baccarum visci germinatione. *In iisdem.* an. I. obs. 106. & in appendice ad hanc observationem.

De floribus radiatis discoideis. *In iisdem.* an. I. obs. 107.

De Adianto aureo sponte in ruderibus enato. *In iisdem.* an. V. & VI. obs. 17.

De generatione visci univoca. *In iisdem.* obs. 131.

De Spinachia & Urtica androgynis. *In iisdem.* obs. 211.

De Fungo credito seminifero. *In iisdem.* obs. 274.

De fructibus pomorum monstrosis. *In iisdem.* Decur. III. an. VII. & VIII. obs. 72.

Oratio de Quercuum Gallis, quæ legitur in epistola Camerarii de sexu plantarum ad Mich. Bern. Valentinum. *In iisdem.* Dec. III. an. II. in appendice.

Gallæ quædam juliis Quercuum circa Aspergum castellum adnatæ, vulgo pro ovis habitæ.

Epistola ad Mich. Bern. Valentinum de sexu Plantarum. *In iisdem.* Dec. III. an. III.

Ext. etiam in *Polychrestis Exoticis* Valentini, cum responsione, sed absque Oratione de Quercuum Gallis.

De Casside, Ribe nigro, Cerafo, Onagra, & Tetragonolobo obs. in Misc. Ac. Nat. Cur. Cent. VIII. obs. 16.

CAMERTES (*Joannes*) *Vid.* Plinium.

CAMPI [*Balthasar & Michael*] Lucenses.

Spicilegio Botanico. Dialogo nel quale si manifesta lo sconosciuto Cinnamomo degli Antichi, si mettono in chiaro altri semplici di oscura notizia, e alcuni del tutto nuovi alla luce si espongono. *Lucca. Francesco Marescandoli.* 1654. in 4. B. R.

—— Ibidem, 1669. in 4. Ex cat. bib. Matfeld. n. 2005.

CANNEGIETER [*Henricus*]

De herba Britannica in Procopio memorata, cum notis & observationibus ad Abrahami Muntingii Dissertationem de vera antiquorum herba Britannica.

tannica. His acceff. de Brittenburgo Matribus Brittis &c. *Hagæ Comitum. Petr. de Hondt* 1734. *in* 4.

CAPELLUS [*Arcadius*] Medicus Venetus.

Iconum Musei rariorum plantarum Paulli Bocconi index, cum additamentis ex Decadibus excerptis ad majorem stirpium notitiam. *Venetiis in* 4.

CARDANUS [*Hieronymus*] Mediolanensis, natus an. 1501. obiit an. 1576.

Historiæ quarumdam plantarum. *Ext* in collectione operum suorum tom. X. pag. 536. *Lugduni* impressor. an. 1663. *in fol.*

CARNEIRO [*Emmanuel*] *Vid.* Rheede.

CAROLUS [*Theodorus*] Tubingensis, Academiæ Naturæ Curiosorum Socius *Neptunus* vocatus, obiit X. Kal. Mart. an. 1690.

De Fungis quernis singularibus observatio. *Ext. in* Misc. Acad. Nat. Cur. Dec. II. an. VII. obs. 55

De Arbore Cinnamomi obser. *In iisdem*. Decur. II. an. VIII. obs. 59.

CARRICTHERUS [*Bartholomæus*] Imperatoris Maximiliani II. Medicus.

Kräutter-buch, darinnen die Kräutter des Teutschen-landes, aus dem liebre der natur, nach rechter art der himmlischen einflüssungen beschrieben durch Philomusum anonymum (Barth. Carrichters) allen liebhaberen der Teutschen gevechss zu einem exempel, dardurch er andern weiter zu suchen ursach und anleittung geben wöllen. Tetzunder erst durch Doctorem Toxiten allen Medicis, and Chirurgis, auch andern zu gefallen. *Strasburg. Christian Müller.* 1576. *in fol.* B. R.

—— Strasburg, *Ant. Bertram* 1595 *in fol.* fig. Ex. bib. Rivin. cat.

—— Ibidem, *apud eumdem*. 1619. *in fol.*

Kräuter und Artzeney buchs. I. Theil, in welchem begriffen, unter welchem zeichen zodiaci, auch in welchem gradu iedes kraut stehe, wie dieselben zu bereiten und zu welcher zeit sie zu colligiren seyn &c. II. Theil oder Practica &c. III. der Teuschen Speiss-kammer genandt. *Strasburg. Ant. Bertram* 1619. *in* 12. B. R.

—— Nuremberg. *Jerem. Dümler*. 1621. *in* 8.

—— Ibidem, *apud eundem*. 1652. *in* 8.

—— Francofurti. 1673. *in* . . . Ex Lin. bib. bot.

—— Nüremberg. *Jo. Hubius Carduluccius*. 1686. *in* 8.

CASAUBONUS [*Isaacus*] *Vid.* Theophrastem & Celsum

CASEARIUS [*Joannes*] *Vid.* Rheede.

CASTEL BLANCO [*Joannes Rodericus*] Lusitanus, notior Amati Lusitani nomine. *Vid.* Dioscoridem.

CASTELLUS [*Edmundus*] Theologiæ Doctor, Regis Caroli II. Elemosinarius, Canonicus Ecclesiæ Cantuariensis,

sis, & linguæ Arabicæ Professor in universitate Cantabrigiensi, Societatis Anglicanæ Socius. Obiit an. 1674. ætatis suæ 68.

Oratio in Scholis Theologicis habita cum in Academia Cantabrigiensi prælectiones suas in II. Canonis Avicennæ librum auspicaretur, quibus via præstruitur ex Scriptoribus Orientalibus ad clarius enarrandam botanologicam S. Scripturæ partem. *Londini Thom. Roycroft* 1667 in 4. Sloan.

Leon. Al. in Ap. Urban.

CASTELLUS [*Petrus*] Messanensis, Romæ in Mamertinorum collegio Medicinæ Professor, horti Botanici Messanensis Præfectus.

Hortus Messanensis. *Messanæ, ap. vid. Fr. Bianci.* 1640. in 4. cum figura Ichnographica horti. B. R.

De Smilace aspera sententia botano-physica. An Smilax aspera Europæa sit eadem ac Salsaparilla Americana, & an altera alterius vice in lue Venerea curanda usurpari possit? *Messanæ, ap. her. Petr. Brea.* 1652 in 4. Sloan.

Alieno nomine opus quoddam de plantis edidit *Romæ ap. Mascardum*, an 1625 *in fol.* Ex sententia Leonis Allatii Ap. Urb. p. 218.

CATESBY [*Marcus*] Societatis Anglicanæ Socius.

The natural history of Carolina, Florida, and the Bahama islands, containing the figures of birds, beasts, fishes, serpents, insects, and plants, particularly the forest trees, shrubs, and other plants not hitherto described, or very incorrectly figured by authors. Together with their descriptions in English and French. To which are added observations on the air, soil, and waters, with remarks upon agriculture, grain, pulse, roots. To the whole is prefixed a new and correct map of the countries treated. *London. W. Innys.* 1731. *in fol.* to. 1. Tab. 100. to. 2 173.

CAVALLINUS [*Philippus*]

Brevis enumeratio plantarum anno 1689. a publico Romanæ sapientiæ medicinarum simplicium Professore ostensarum, & quæ in hortum hyemalem redactæ asservantur. Accessit declaratio quot pharmaca unum quodque vegetabile juxta antidotarium Romanum ingrediatur. *Romæ* 1689. in 12.

Pugillus Meliteus seu omnium herbarum Melitæ &c. Ex Scheuchz. bib.

CAVAZZIUS [*Joannes Antonius*] *de Montecuccolo*, Capuccinus.

De Palma ejus fructu adamussim tractat hic Monachus in descriptione Regnorum Congo & Angolæ, sermone Italico impressa an. . . . . . .

CELSIUS [*Magnus Nicolaus*] Helsingus, Upsaliæ Mathematicæ Professor. Obiit III. Non. Maii an. 1679. ætatis suæ 58.

De plantis. *Upsaliæ.* 1647 in 4. Ex Schefferi Suec. lit.

CEL-

CELSIUS [*Olaus*] Upſalæ linguarum Orientalium Profeſſor.

Botanici ſacri Exercitatio prima quâ Chedck * Proverb. XV. & Mich. VII. ex Arabum ſcriptis illuſtratur, præſide Ol. Celſio, reſp. Suenio Geſtrinio Helſ. *Upſaliæ, typis Wernerianis.* 1702. in 12. Sloan.

Exercitationum Academicarum de Palma cap. I. II. & III. Primum ann. 1711. cap. II. & III. an 1720. *Upſaliæ ap. eund.* 1721. in 8.

Quid ſit Abbud Roch apud Talmudicos Tract. de Sabato c. 13. §. 3.

Commentatiuncula de Pakkyoth. 2 Reg. IV. 39. 40. & Pekaim 1 Reg. VI. 18. qua diſquiritur an non rectius per Cucumeres agreſtes quam per Colocynthidem exponantur?

Melones Ægypti ab Iſraelitis deſiderati Num. XI. 5. quinam & quales fuerint? *Lugduni Batavorum. Conradus Wishoff.* 1726. in 8.

* Hariel Erez Channinum *Fer[illegible]* Acta liter. Suec. an. 1722 Act. lit. Suec. an. 1731 Ibid. an. 1731

CERUTUS [*Benedictus*] Medicus.

Muſeum Franciſci Calceolarii a Benedicto Ceruto inceptum, & ab Andrea Chiocco Med. luculenter deſcriptum & perfectum, in quo multa ad naturalem moralemque Philoſophiam ſpectantia, non pauca ad rem medicam pertinentia proponuntur & explicantur. Sectiones VI. *Veronæ ap. Angelum Tamum.* 1622. *in fol.*

Sectiones primam & ſecundam, tertiæque ſemiſſem ſolum modo fecit Cerutus, reliquas vero Chioccus. In I. de plantis marinis, in II. de radicibus, exoticis fructibus & gummis agitur.

CHABRÆUS [*Dominicus*] obiit circa medium XVI. ſeculi.

Ibidem. 1600. *in fol.* Ex ejuſd. bibl.

Hiſpa-

Hiſpanicè, ex interpretatione Hieronymi Huertæ. *Mantuæ Carpetanorum.* 1624. *in fol.*

Ibidem 1629. *in fol.* Ex Fab. bibl. Lat.

Tranſlated into English by Philemon Holland D^r. of Phyſick. *London, by Adam Iſlip,* 1634. *in fol.* B. Maz.

Molt 1 1a 16 Nicuoli.

Pliniani Libri ſeparatim editi vel tranſlati

Libellus continens C. Plinii Præfationes duas: I. ad T. Veſpaſ. II. in VII. volumen, per Henricum Joannem Batavum, accuratiſſime caſtigatæ, & novis annotationibus lucidiores redditæ. Accedit Pliniani locus ſuo nitori reſtitutus. *Vetus editio, in* 4. B. R.

C. Plinii naturalis hiſtoriæ Præfatio, cum Leodegarii à Quercu Rothomagenſis in eamdem racematione. *Pariſiis, ex off^r. Michael. Vaſcoſani.* 1543. *in* 4.

Pariſiis. 1556. *in* 4.

Heidelbergæ. 1600. *in* 8.

Plinii libri II. de Piſcibus, cum ſcholiis Joan. Cæſarii. *Venetiis.* 1518. *in* 4.

Idem à Franciſco Maſſario Veneto explanati: quibus acceſſit Oppiani Poetæ Halieuticon &c. *Argentinæ, ap. Jacob. Camerarium Cameriande.* 1534. *in* 4. B. R.

C. Plinii liber VII. cum annotationibus Wolfg. Gaglinger. *Cracoviæ, ap. Hieronym. Victorem.* 1526. *in* 4.

Plinii naturalis hiſtoriæ liber VII. per Gilbertum Ducherium, ad Herm. Barbari, & Beati Rhenani caſtigationes, maxime ad collationem veteris exemplaris reſtitutus. *Pariſiis, ap. Prigentium Calvarin.* 1527. *in* 8. B. R.

Plinii liber ſecundus à Gelenio emendatus, & in illum commentarius Jacobi Milichii. *Hagenoæ.* 1534. *in* 4.

Francofurti, in off^a. *Petri Brubachii.* 1543. *in fol.* B. R.

Pariſiis. 1543. & 1553. *in* 4.

Francofurti, in offi. *Brubachii.* 1557. & 1563. *in* 4.

Nunc denuo ex prælectionibus publicis Acad. Vitteberg. recognitus & auctus, opera Bartholomæi Schonbornii. *Lipſiæ, typis Voegilianis.* 1573. *in* 4. B. R.

C. Plinii liber ſecundus, cum Hermolai Barbari caſtigationibus, & annotationibus Joannis Cæſarii, & Petri Joan. Olivarii. *Pariſiis, in off^r. Chriſt. Wechelii.* 1537. *in* 8. B. R.

Le ſecond livre de Pline traduit de langue Latine en Françoiſe par Loys Maigret. *Paris, Arnoul & Charles Angeliers.* *in* 8. Bibl. de la Croix du Maine.

Derechef par lui corrigé. *Paris. Chrêtien Wechel.* 1552. *in* 12.

Paris. *André Wechel.* 1554. *in* 12. Bibl. de du Verdier.

Plinii libri quinque (à VII. ad XI.) Germanicè redditi per Henricum de Eppendorf. *Argentorati, per Joan. Schotten.* 1543. *in fol.* B. Maz.

Francofurti ad Mœn. *Petr. Schmidt*, & *H. Feyerabend*. 1571. *in fol.* B. R.

C. Plinii nat. hist. liber XXI. de natura florum & coronamentorum, de mira florum varietate. Accesserunt in eundem Hermolai Barbari castigationes. *Parisiis, in off. Chr. Wechelii* 1547 *in* 8. Ex bibl. Riv. cat.

Plinii nat. hist. liber XVII. *Parisiis, ap. Vascosanum*. 1549. *in* 4. Ex Maitt. Annal. typ.

Ejusdem liber XVIII. *Parisiis, ap. eundem*. 1550. *in* 4. B. R.

Liber septimus de homine, ad vetustos codices collatus, & plurimis locis emendatus. *Parisiis Thom. Richardus*. 1553 *in* 4. B. R.

In nat. hist. Plinii Præfatio, ad veterum codicum fidem per Adrian. Turnebum emendata, & annotationibus illustrata. *Lutetiæ, ex off. Vascosani*. 1556. *in* 4. Ex Maitt.

De proprietatibus animalium liber C. Plinii, Germanicè redditus per Joan. Heyden von Dhaun, cum appendice ex S. Script. & SS. Patribus desumta, concernente opiniones eorum circa materiam de animalibus, cum historiis & imaginibus animalium. *Francofurti ad Mœn. Petr. Schmidius* 1565. *in fol.* B. Maz.

Traducion de los libros de C. Plinio de la historia natural de los animales, hecha por el Licenciado Geronimo de Huerta Medico, y añotada por el mismo. Primera parte. *Alcala Justo Sanchez Crespo*. 1602. *in* 4.

Libro nono de C. Plinio por il mismo. *Madrid. Pedro Madrigal*. 1603. *in* 4.

C. Plinii lib. V. a 7. ad 11. è Germanica lingua in Belgicam translati. *Arnhemii* 1610. *in* 4. & *Campen per Arent. Benier. in* 4.

Amstelodami. 1664. *in* 8. Fabr. Bibl. Lat.

In Plinium Commentarii.

Nic. Perroti, Episcopi Sipontini, Commentariolus in Præfationem Plinii ex Editione Joannis Episc. Aleriensis, 22. Erroribus scatentem. *editus ad calcem ejus* Cornucopiæ. *Venetiis*. 1492. *in folio*. Spic. vet. Sec. XV. Edit.

Hermolai Barbari Patricii Veneti, & Aquiliensis Patriarchæ, castigationes Plinianæ. *Cremonæ* 1485. Ex Maitt. Ann. ty.

Romæ, ab *Eucbario Germano*. 1492. *in fol.* B. Maz.

Castigationes secundæ in Plinium, item emendatio in Pompon. Melam, & in Plinii glossemata. *Romæ, ab Eucbario Germano*. 1493. *in fol.* B. Maz.

Castigationes castigatissimæ quum vix post Romanas ceteris tamen adhuc impressis, vel alii opicii quidem non posthabendæ. *Cremonæ, per Calcographum Carolum a Darleriis*. 1495 *in fol.* B. R.

Venetiis. 1497. *in fol.* Lin. bib. bot. p. 16.

Basileæ, ap. *Joan. Valderum*. 1534. *in* 4. Ex Maitt. Annal. typ.

Roberti de Valle Rothomagensis in naturalis historiæ difficilia explanatio. Ejusdem compendium memorandorum vires naturales & commoda com-

comprehendens à Plinio data &c. *Parisiis, per Felicem Baligaut.* 1500. in 4 B. R.

In ejusdem librum secundum Commentarii. *Venetiis, in off. Simonis Bevilaquæ.* 1502. in fol. B. Maz.

Sabellici Centuriæ duæ annotationum in Plinium. *Venetiis.* 1508. *Extat etiam in Fasce art. Gruteri, to.* 1.

Pliniani indices, per Joan. Camertem editi, pars 1 & 2. *Viennæ Pannoniæ, per Hieronym. Victorem, Joannemque Singrinium* 1514. in 4

Marini Becichemi Scodrensis in Plinium Prælectio. Ejusdem in primum Plinii librum, & Nicolai Perroti Pontificis Sipontini commentarioli. Cornelii Vitellii in eumdem enarratiuncula. *Lutetiæ, in off. Petri Vidouæi* 1519. in fol Bibl. Maz.

Glossa literalis in primum & secundum naturalis historiæ Plinii libros Francisci Lopez de Villalobos Medici Imperatoris. *Compluti, in off. Michaelis de Guia.* 1524. in fol. B. Maz.

Beati Rhenani Selezestadiensis observationes in Plinium. *Francofurti, ex off. Joan. Frobenii.* 1526. in fol B. Maz.

Ejusdem epistola an. 1531. ad Pirkhaimerum de locis Plinii per Steph. Aquæum Bituricensem allatis. *Extat in libr. Rer. German. Rhenani.*

Martini de Figueredo in Plinium commentarius. *Ulyssipone.* 1529. in fol.

Commentarii in Plinium ab Stephano Aquæo Bituricensi, Viro Equestri. *Parisiis, ap. Poncet le Preux.* 1530. in fol. B. Maz.

Jacobi Ziegleri Landavi Bavari in C. Plinii de naturali historia librum secundum commentarius. Item Georgii Collimitii, & Joachimi Vadiani, in eumdem scholia. *Basileæ, ap. Henric. Petrum* 1531 in fol B. Maz.

Sigismundi Gelenii castigationes, ex veterum archetyporum collatione in aliqua multa Pliniani operis loca nunc primum in Galliis impressæ. *Parisiis, ap. Ludovicum Tiletanum* 1536 in 8. Ex Maitt. Annal. typ.

Francisci Massarii Veneti in IX. Plinii librum castigationes & annotationes. *Basileæ, in off. Hier. Frobenii, & Nicolai Episcopii.* 1537. in 4. B. Maz.

Parisiis, in off. *Mich. Vascosani.* 1542 in 4 B. Maz.

Sommaire des singularités de Pline, extrait des XVI. prémiers livres, & mis en volgaire François par Pierre de Changy Escuyer *Paris. Arnoul & Charles Angeliers* 1542. in 12 B. R.

Lyon. 1551 Ex Fabr Bibl. Lat

Ferdinandi Pintiani, Professoris in Academia Salmanticensi, Observationes in historiam naturalem Plinii, cum retractationibus in Melam. *Parisiis, ap. Martinum Nutium.* 1547 in 8. Ex Maitt. Annal. typ.

Antuerpiæ, anno eodem in 8.

Quibus accessere Beati Rhenani annotationes. *Genevæ, typis Hier. Commelini.* 1593 in fol. B Maz.

In C. Plinii nat. hist. I & II. caput libri XXX commentarius, naturalis quidem Magiæ compendiariam rationem complectens; cui adjecta est de fascinationibus disputatio. Item de incantatione, & adjuratione colli

 suspen-

suspensione, una cum Jo. Trithemii epistola apologetica cura D. G. H. R. M. & M. *Wirtzburgi, per Joan. Myllum.* 1548. in 4. B. R.

Præclarissimæ quæque sententiæ ex C. Plinii nat. hist. libris compendio selectæ à Joan. Lithocomo (vulgò *Steenbauwer.*) Coloniæ, ap. *Gothofredum Cervicornum.* 1562 in 12.

In C. Plinii capita aliquot ut difficillima ita pulcherrima & utilissima commentarius, ubi Matthioli errores non pauci deteguntur, auctore Melchiore Guilandino. *Lausanæ Franciscus le Preux.* 1576. in 4. B. R.

Rodolphi Goclenii in librum secundum Plinii Observationes. *Marpurgi.* 1612.

Claudii Salmasii Exercitationes Plinianæ in Solinum. *Parisiis.* 1631. in *fol.*

Editio altera, cui access. ejusdem exercitationes de homonymis Hyles Jatricæ, & de manna & saccharo tractatus. *Trajecti ad Rhenum, ap. Joan. van de Water &c* 1689. in *fol.* vol. 2.

Sueni Franck Ostrogothi commentarius in Plinii lib. II. cap. 99. 100. 102 & seqq. *Holmiæ, per Janssonium.* 1651. in 4. Ex Schefferi Suec. lit.

Trois Lettres de M. Crevier, Professeur de l'Université de Paris, sur le Pline du P. Hardouin. *Paris, le Mercier.* 1725. 1726. & 1727. in 4.

Histoire de la Peinture ancienne, extraite du livre XXXV. de Pline par M. Durand Ministre de l'Eglise de S. Martin. *Londres. Guil. Bowyer.* 1725. in *fol.*

Histoire naturelle de l'or & de l'argent, extraite du liv. 33. de Pline par le même. *Londres, chez le même.* 1729. in *fol.*

Pliniana defensio Pandulphi Collenucii Pisauriensis J. C. adversus Nicolai Leoniceni accusationem. *Ferrariæ, ap. Andr. Gallicum.* B. R.

Christophori Longolii Mechliniensis Oratio de laudibus Plinii, & commentarii in XI. Plinii libros. *Parisiis,* in *fol.* Val. Andr. Bibl. Belg.

Hermanni Conringii excerpta ex Plinii libro IV. hist. nat. *Ex bibl. Matfeld. cat.* n. 2432.

Cornelii Vitelii in defensionem Plinii, & Domitii Caldorini contra Georgium Merulam ad Herm. Barbarum epistola, in 4. B. R.

Nicolai Marognæ commentarius de amomo Plinii. *Vid.* Marognam.

De Plinii in Medicina erroribus epistola Nicolai Leoniceni. *Vid.* Leonicenum.

In locum Plinii lib. VIII. 50. *Atque etiam morbus est aliquis per sapientiam mori.* Alciatus II. 60. *Parerg.* Mercurialis VI. *Var. lect.* Bisciola XVIII. 12. *Hor. subsc.* Cerda ad Virgilii IV. 260. Eduardus Fernandez. Joannes de Luna Vega, Franciscus Ximenez, Gulielmus & Joan. Pineda, Beverovicius. *Quæst. Epist.* Wendelius *Centur.* I. *Dissert. Med. Phil.* X. 10.

PLOT [*Robertus*] Musæi Ashmoleani Custos, Chymiæ Professor in Universitate Oxoniensi, natus anno 1641. Obiit an. 1696.

The

The natural hiſtory of Oxford Shire, being an eſſay toward the natural hiſtory of England. *Oxford, at the theater of Sheldon.* 1677. *in fol.* Ph. Tranſ. n. 135.

De plantis illius Comitatûs cap. 7. p. 143. tractavit.

Second edition, with additions by M^r. Burman. *Oxford. Leon Lichfield.* 1705. *in fol.*

The natural hiſtory of Harfford Shire. *Oxford.* 1679. *in fol.* Ph. Tranſ. n. 184.

Editio altera. *Ibidem* 1686. *in fol.*

Cap. VI. de plantis illius regionis egit.

PLUCHE [*Natalis*].

Le Spectacle de la Nature, ou entretiens ſur l'hiſtoire naturelle. *Paris, veuve Etienne.* 1732. *in* 12. vol. 3. Journ. des Sçav. 1735.

To. I. cap. 14. & 15. de plantis. to. 2. & 3. de floribus, hortis, & prædio ruſtico.

Utrecht. 1736. *in* 12. vol. 6.

In linguam Belgicam verſa à P. Clerico. 1736. *in* 8.

Anglicè. Volumen primum. *Londini.*

Secunda editio. *Londini. J. Pemberton.* 1735. *in* 8.

Tertia, à Samuele Humphrido tranſlatum. *Londini. R. Francklin.* 1736. *in* 8.

Italicè *Venetiis Joan. Bapt. Paſchalius.* 1737. *in* 8. vol. 6.

PLUKNETUS [*Leonardus*] natus anno 1642.

Phytographia, ſeu ſtirpium illuſtriorum & minus cognitarum icones, tabulis æneis ſumma diligentia elaboratæ, quarum unaquæque tabulis deſcriptoriis, & notis ſuis propriis & characteriſticis deſumptis inſignita ab aliis ejuſdem formis facile diſcriminatur. Pars prior. *Londini, ſumptibus auctoris.* 1691. *in fol.* Tab. icon. 72. B. R. Act. Erud. an. 691. Ph. Tranſ. n. 191.

Pars ſecunda. 1691. *in fol.* à tab. 72. ad 120.

Pars tertia. 1692. *in fol.* à tab. 120. ad 250.

Pars quarta. 1696. *in fol.* à tab. 250. ad 328. B. R.

Almageſtum Botanicum, ſeu Phytographiæ Pluknetianæ onomaſticon, methodo ſynthetica digeſtum, exhibens ſtirpium exoticarum rariorum novarumque nomina, quæ deſcriptionis locum ſupplere poſſunt, cui (ad amplificandum regnum vegetabilium) acceſſere plantæ circiter 500. ſuis nominibus ſimiliter inſignitæ, quæ nullibi niſi in hoc opere (ſex fere plantarum chiliades complectente) memorantur, adjiciuntur & aliquot novarum plantarum icones. *Londini, ſumptibus auctoris.* 1696. *in fol.* B. R. Phil. Tranſ. n. 225.

Cura Moriſoni editum. *Oxonii anno eod. in fol.*

Mantiſſa Almageſti Botanici, plantarum noviſſimè detectarum ultra millenarium numerum complectens. *Londini.* 1700. *in* 4. cum iconibus à tab. 328. ad 350.

Amaltheum Botanicum, id eſt ſtirpium Indicarum alterum cornucopiæ millenas ad minimum & bis centum diverſas ſpecies novas & indictas nominatim comprehendens, quarum ſexcentæ & inſuper ſelectis iconibus æneiſ-

æneisque tabulis illustrantur. *Londini.* 1705. in 4. cum icon. à tab. 350. ad 454.

Linnæus bibl. bot. p. 62. Plukenetii operum collectionem memorat editam *Londini* anno 1720. in 4. quæ nunquam se oculis nostris obtulit.

PLUMIERIUS [*Carolus*] ex ordine S. Francisci de Paula, Massiliæ natus XII. Kal. Sept. an. 1646. Obiit Gadibus an. 1704.

Journ. des Sçav. Juil. 1694. [illegible] Act. Lipf. 1704. [illegible] Act. Lipf. 1707. [illegible] Ver. ill. [illegible]

Description des plantes de l'Amérique avec leurs figures. *Paris. Imprimerie Royale.* 1693. in *fol.* Tab. icon. 108.

Nova plantarum Americanarum genera. Accessit Catalogus plantarum, quarum genera in Institutionibus rei herbariæ Jos. Pitton Tournefortii jam nota sunt, quasque ille descripsit & delineavit in insulis Americanis. *Parisiis, ap. Joan. Boudot.* 1703. in 4.

Traité des Fougeres de l'Amérique en Latin & en François. *Paris. Imprimerie Royale.* 1705. in *fol.* Tab. icon. 172.

PONA [*Joannes*] Pharmacopola Veronensis.

Plantæ seu simplicia quæ in Baldo monte, & in via à Verona ad Baldum reperiuntur, cum iconibus, & nominibus aliarum quamplurimarum quæ à nullo ante sunt observatæ. *Veronæ.* 1595. in 4. Icon. 16.

Extat etiam in libro Clusii *Rariorum plantarum historia. Antverpiæ* 1601. in fol.

Editio altera, cui additæ sunt nonnullæ stirpes insignes ab Honorio Bello Vicentino in Creta observatæ. Apposita est etiam disceptatio de amomo veterum Nicolai Marognæ, cum legitima amomi racemi icone. *Basileæ. Lazarus Zetznerus* 1608. in 4. Icon. 38. B. Maz.

Tradotto in Italiano da . . . . . ., insieme co' due commenti di Nicolò Marogna sopra l'amomo da Francesco Pona tradotti. *Venezia. Roberto Meietti* 1517. in 4. Icon. 91.

PONS [*Jacobus*] Medicus Lugdunensis.

In historiam generalem plantarum à Rovillio Lugduni duobus tomis, & cum appendice editam breves annotationes, & animadversiones compendiosæ. *Lugduni, ap. Joan. Pillehotte.* 1600. in 12. Bibl. S. Germ.

PONTANUS [*Joannes Jovianus*].

Horti Hesperidum libri duo, quibus agitur de Citrio fructu & arbore. *Florent. ap. Philip. Juntæ.* 1514. in 12.

Extant etiam in ejusdem operibus editis. *Venetiis, ap. Aldum.* 1518. & 1533. & *Basileæ, ap. Cratandrum.* 1538.

PONTEDERA [*Julius*] Pisanus, in Universitate Patavina Botanices Professor.

[illegible]

Compendium tabularum botanicarum, in quo plantæ CCLXXII. ab eo in Italia nuper detectæ recensentur. Accessit ejusdem epistola ad Gulielmum

mum Sherardum Anglum in qua & de his, & de aliis tabulis edendis agitur. *Patavii, typis Seminarii, ap. Joan. Manfre.* 1718. *in* 4. Act. Erud. 1719.

Anthologia, sive de florum natura libri tres, plurimis inventis, observationibusque ac æreis tabulis ornati. Accedunt ejusdem Dissertationes XI. ex iis quas habuit in horto publico Patavino anno 1719. *Patavii, typis Seminarii.* 1720. *in* 4. Tab. XII. Fasc.

Epistolæ duæ de horto Patavino. Altera ad Nicolaum Cominum Papadopoli, in Acad. Patav. Professorem. Altera continens descriptionem horti ad eumdem. 1722.

Epistola altera ad Michaelem Angelum Tillium anni 1722. *Ext. ad calcem Horti Pisani* p. 177.

Ejusdem ad Aloysium Ferdinandum Marsilium epistola. Id. Dec. an. 1724. in qua de pluribus plantis Benacensis lacus agit. *Ext. in Diario Veneto in off.ᶜ. Albrizziana impresso an.* 1730. *in* 4.

Observationes in plantas floribus imperfectis. *Extant in eod. Diario,* an. 1731. *n.* 1. de Blitis & Amaranthis. *n.* 4. de Atriplice. *n.* 7. de Botry Ambrosioide, & de Spinachia Cretica, calice seminis aculeato Inst. rei herb. *n.* 8. de Vincoide Anthologiæ, & Ricinoide, ex qua paratur Tournesol Gallorum. Inst. rei herb. *n.* 11. de Spinachia fragifera Aldin. de Moro, & de plantis anomalis flore perfecto. *n.* 12. de Periploca Carolina Sherardi. *n.* 15. de Rapunculo & Serpentaria Virginiana Park. *n.* 16. de Camara Pisonis. *n.* 20. de Dictamno Cretico. *n.* 21. de Catana Caroliniana flore in capitulum collecto Ponteder. *n.* 25. de Azoïde. *n.* 38. 41. & 45. de variis Carduorum speciebus. *n.* 40. de Jacea Cretica, aculeata, incana Tournef.

POPPEN [*Joannes*].

Herbarium sive Kräuterbuch, darinnen die kräuter des Teutsches landes, aus dem lichte der natur, nach rechter art der signaturen der himmlischen einflüssung beschreiben und angezeiget wird, unter welchen planeten, unter welchen zeichen Zodiaci auch in welchen gradu ein jedes kraut stehe &c. *Leipzig.* 1625. *in* 8. Ex R.v. bibl.

PORTA [*Joannes Baptista*] Neapolitanus.

Phytognomonica octo libris contenta, in quibus nova facillimaque affertur methodus qua plantarum, animalium, metallorum, rerum denique omnium ex prima extima facies inspectione quivis abditas vires assequatur. Accedunt ad hæc plurima secreta. *Neapoli, ap. Hor. Salvianum.* 1588. *in fol.*

Francofurti, ap. *Joan. Wechelum, & Petr. Fischerum.* 1591. *in* 8. B. Maz.

Ibidem, *ap. Nicolaum Hoffmannum.* 1608. *in* 8. B. Maz.

Hanoviæ. 1654.

PREIBISIUS [*Christophorus*].

De anima vegetativa, ejusque facultatibus & effectibus. *Lipsiæ.* 1629. *in* 4. Ex Rivin. bibl. cat.

PRE-

PREVOST [*Joannes*].

Catalogue des plantes qui croissent en Bearn, Navarre, & Bigorre ès cotes de la mer de Biscaye. *Pau.* 1655. *in* 8.

Paris, la même année. *in* 8.

PRUSSIUS [*Gothofredus*] Medicus Wratislaviensis.

Biga observationum medicarum in qua de floribus ex aliis floribus enatis. *Ext. in* Misc. Ac. Nat. Cur. Cent. VIII. in Append.

PRYME [*Abraham de*].

Experiments on vegetation. *Phil. Transf.* n. 281.

PYRARD [*Franciscus*].

Voyage contenant sa navigation aux Indes Orientales, Maldives, Moluques, & au Brésil, avec une description des mœurs &c. arbres, fruits, & autres singularités qui s'y rencontrent. *Paris* 1611. *in* 8. B. R.

Descriptiones arborum & fructuum illarum regionum in parte 3. continentur.

Ibidem. *R. Dallin.* 1615. *in* 8. vol. 2. B. R.

Nouvelle édition, augmentée de divers traités, & des observations géographiques par du Val. *Paris. Louis Billaine.* 1679. *in* 4. Falc.

Q.

QUACELBENUS [*Gulielmus*] Curtacensis Hungarus.

Epistola ad Petrum Matthiolum, quâ agitur de plantis quibusdam peregrinis è Constantinopoli ad Matthiolum missis. *Extat in* Epist. Matthioli lib. 3.

QUERCU [*Leodegarius a*].

In Ruellium de stirpibus epitome, cui accesserunt volatilium, gressibilium, piscium, & placentarum magis frequentium ap. Gallias nomina. *Rhotomagi, in off. Joan. le Marchand.* 1539. *in* 12. B. R.

Cum Joannis Brohon stirpium epitome. *Cadomi, ex off. Michaelis Augier.* 1541. *in* 8.

Tertia editio locupletior. *Parisiis. Jo. Lodoic. Tilletanus.* 1544. *in* 12. B. R.

C. Plinii naturalis historiæ Præfatio, & in eumdem Leod. à Quercu racematio. *Vid.* Plinium.

R.

RABIRIUS Brixianus. *Vid.* Plinium.

RAIUS [*Joannes*] in loco *Blackneley* Comitatus Essexiensis, natus an. 1628. Obiit an. 1705. Societatis Londinensis, & Collegii Trinitatis Cantabrigiensis Socius.

Catalogus plantarum circa Cantabrigiam nascentium, in quo exhibentur quotquot hactenus inventæ sunt, vel quæ sponte proveniunt, vel in agris seruntur, una cum synonymis selectioribus, locis natalibus, & observationibus quibusdam oppido raris. Adjiciuntur Index Anglico-Latinus, Index locorum, etymologia nominum, & explanatio quorundam terminorum. *Cantabrigiæ, Joan. Field.* 1660. in 8.

Appendix ad hunc Catalogum, continens addenda & emendanda. *Cantabrigiæ, ap. eundem.* 1663. in 12.

Appendix altera. *Cantabrigiæ* 1685 in 12.

Catalogus plantarum Angliæ & insularum adjacentium, tum indigenas, tum in agris passim cultas complectens, in quo præter synonyma necessaria, facultates quoque summatim traduntur, una cum observationibus & experimentis novis medicis & physicis. *Londini, imp. Joan. Martyn.* 1670. in 8. (Ph. Tranf. n. 61)

Editio altera plantis circiter XLVI. & observationibus aliquammultis auctior. *Londini, typis Andreæ Clark* 1677. in 8. (Ph. Tranf. n. 144)

Fasciculus stirpium Britannicarum post editum Catalogum plantarum Angliæ observatarum. *Londini, ap. Henr. Faithorne* 1688. in 8.

Observations topographical, moral, & physiological, made in a journey through part of the low countries Germany, Italy, and France; with a catalogue of plants not native of England found spontaneously growing in those parts. Whereunto is added a brief account of Francis Willughby his voyage through a great part of Spain. *London. John Martyn.* 1673. in 8. B. R.

Methodus plantarum nova, brevitatis & perspicuitatis causa in tabulis exhibita, cum notis generum tum summorum, tum subalternorum, characteristicisque observationibus nonnullis de seminibus plantarum, & indice copioso. *Londini, ap. Henr. Faithorne.* 1682. in 8. (Act. Erud. 1684.)

Emendata & aucta. Accessit Methodus graminum, juncorum, & cyperorum specialis. *Londini, ap. Samuel. Smith.* 1703. in 8.

Amstelodami, *ap. Wetstenios.* 1710. in 8.

Tubingæ, falso Londini nomine, ap. *Christianum Andream Myenfing.* 1733 in 8.

Historia plantarum, species hactenus editas, aliasque insuper multas noviter inventas & descriptas complectens, in qua agitur I. de plantis in genere, earumque partibus, accidentibus, & differentiis, deinde genera omnia tum summa, tum subalterna, ad species usque infimas, notis suis certis & characteristicis definita, methodo naturæ vestigiis insistente dispo- (Act. Erud. 1687. Phil. Tranf. n. 166.)

nuntur, species singulæ accuratè describuntur, &c. vires denique & usus recepti compendiò traduntur. Tomus I. *Londini*, typis *Mariæ Clark*. 1686. in *fol.*

Variarum humilis plantarum habitus icones cum Petiveri scripta sunt Tab. LXXII. *Fol.* & sequentium.

[illegible] Tomus II. cui accessere p. 1922. Catalogus plantarum ex indicibus Jacobi *Zanoni* Bononiensis cum supplemento. p. 1926. Idea plantarum, quarum icones & descriptiones ex Itinerario Fr. Matthæi à S. Josepho Carmelitani ex urbe Regio in Lombardia, quarum nonnullarum ex his figuræ & descriptiones in historia botanica *Zanoni* reperiuntur. p. 1927. Quædam ex fasciculo rariorum plantarum Jacobi Breynii. p. 1928. Quædam ex catalogo Londinum transmisso anno 1680. à Joan. Banister plantarum Virginiæ. p. 1929. Compendium historiæ plantarum Mexicanarum Francisci Hernandez.

[illegible] Tomus III. qui est Supplementum duorum præcedentium, species omnes vel omissas, vel post volumina illa evulgata editas, præter innumeras fere novas & ineditas complectens. Accessit Historia stirpium Insulæ Luzoniæ & reliquarum Philippinarum à P. Josepho Camelo Moravo Brunensi S. J. conscripta. Item Jos. Pitton Tournefortii Corollarium Inst. rei herbariæ, & p. 225. Plantæ à Gul. Dampier in Brasilia, nova Hollandia, Timor, & nova Guinea observatæ. p. 226. Plantæ Spitzbergenses à Frederico Martens Hamburgensi in itinerario suo observatæ. p. 228. Casp. Commelini plantarum rariorum & exoticarum in Præludiis botanicis recensitarum descriptiones. p. 233. Plantæ rariores Chinenses, Madraspatanæ, & Africanæ, à Jacobo Petiverio collectæ, cum ejusdem catalogo plantarum in hortis suis siccis conservatarum, quæ vel ineditæ aut hactenus obscure descriptæ sunt. Adjicitur Farrago ipsius auctoris stirpium Indicarum & Americanarum incertæ sedis. p. 666. Plantarum libri secundi plantas imperfectas complectentis supplementum. *Londini*, ap. *Samuel. Smith*. 1704. in *fol.*

Tomi tres conjunctim. *Londini*. 1716. in *fol.*

Synopsis methodica stirpium Britannicarum, in qua tum notæ generum characteristicæ traduntur, tum species singulæ breviter describuntur. CCL. plus novæ species partim suis locis inferuntur, partim in appendice seorsim exhibentur, cum indice & virium epitome. *Londini*, ap. *Sam. Smith*. 1690. in 8.

Editio altera, cui accessit Augusti Rivini epistola ad Joan. Raium de Plantarum methodo, cum ejusdem responsione, in qua Jos. Tournefortii elementa Botanica tanguntur, item de variis plantarum methodis. *Londini*, ap. *Sam. Smith*. 1696. in 8.

Tertia editio multis locis emendatior & CCCCL. circiter speciebus noviter detectis aucta, cum iconibus, cui, omissis *Rivini epistola cum Raii responsione*, accessit Catalogus plantarum Jamaicensium sponte in Anglia provenientium, communicatus à D. Hans Sloane. Indiculus plantarum dubiarum in Phytologia Britannica, & Merretti pinace recensitarum, quæ vel An-

Angliæ indigenæ non sunt, vel pro dubiis propositæ. Plantæ à Lobelio in stirpium illustrationibus pro indigenis Angliæ recensitæ. *Londini, ap. Gul. & Joan. Innys.* 1724. in 8. Tab. icon. XXIV.

A collection of travels and voyages in two tomes. The first containing D. Leonhart Rawolff's itinerary into the Eastern countries as Syria, Palestine or the Holy land, Armenia, Mesopotamia, Assyria, Chaldea &c. translated from the high Dutch by Nicol. Staphorst. The second taking in many part of Greece, Asia minor, Egypt, Arabia felix and petrea, Ethiopia, the red sea &c. from the observations of M. Belon, Vernon, Spon, Smith, Huntingdon, Greaves, Alpinus, Veslingius, Thevenot's collections and others. To which are added three catalogues of such trees, shrubs, and herbs, as grow in the Levant. *London, printed by S. Smith.* 1693. in 8. vol. 2. B. M.

Stirpium Europæarum extra Britannias nascentium sylloge, in qua continentur: I. Catalogus generalis stirpium à Jo. Raio in exteris regionibus observatarum, adjectione aliarum plantarum duplo auctior. II. Plantæ ab eodem collectæ in variis suis itineribus, præsertim in Italia, Sicilia, Melita, Helvetia, Gallo Provincia &c. an. 1664. III. Plantæ ab aliis in diversis locis collectæ. IV. Catalogus plantarum Sicularum P. Bocconi. V. Helveticarum Joan. Jacobi Vagneri. VI. Agri Romani Jacobi Rogeri. VII. Venetarum Ant. Donati. VIII. Parisiensium Jac. Cornuti. IX. Montis Baldi Joan. Ponæ. X. Hispanicarum Clusii, aliorumque. XI. Pyrenaicarum & Alpinarum Tournefortii. XII. Lusitanicarum Grisley. XIII. Supplementum ad Catalogum secundum plantarum D. Sherardi in peregrinationibus suis in Galliam & Italiam observatarum. XIV. Græcarum & Orientalium Catalogi ex variis auctoribus. XV. Creticarum Bellonii, Honorii Belli, Alpinique. *Londini, ap. Sam. Smith.* 1694. in 8.

De variis plantarum methodis Dissertatio brevis, in qua agitur I. de methodi origine & progressu. II. de notis generum characteristicis. III. de Raii methodo in specie. IV. de notis quas reprobat, & rejiciendas censet Tournefortius. V. de methodo Tournefortiana. *Londini. S. Smith.* 1696. in 8.

Editio altera, cum *Synopsi methodica stirpium Britannicarum* de qua supra.

Philosophical letters between the M. Ray and several of his ingenious correspondents natives and foreigners, to which are added those of Francis Willughby publish'd by W. Derham. *London, ap. W. & J. Innys.* 1718. in 8.

Ed. 2da 1720.

Plures in plantas observationes reperiuntur in hac Epistolarum collectione.

A letter giving an account of the Phytographia of Leonard Pluckenet. *Phil. Transf.* n. 193.

RANTENFELSIUS [*Jacobus*] *Vide* Feder. Martens.

RAWOLFFIUS [*Leonardus*] Auguſtanus, Medicus.

Itinerarium Orientis in Syriam, Judæam, Arabiam, Meſopotamiam, Babyloniam, Aſſyriam, & Armeniam, in ſex partes diſtinctum, in quibus plurima rara de omni materia medica traduntur, additis variis plantarum animantium, aliarumque rerum, iconibus. *Francofurti.* 1582. *in* 4. Germanicè.

Icones hæ in appendice Hiſtoriæ plantarum Dalechampii etiam habentur.

Laugingæ. 1582. & 1583. *in* 4. Germanicè.

Nicolaus Staphorſt Anglus illud in Anglicam linguam vertit, & in Joan. Raii itinerum collectione editum eſt.

RAYGERUS [*Carolus*] Poſonienſis, Acad. Nat. Cur. Socius, *Phylo* II. dictus, natus X. Kal. Octobr. an. 1641. Obiit Prid. Id. Jan. an. 1707.

De Fungis monſtruoſæ ac inſolitæ formæ Obſervatio. *Ext. in* Miſc. Acad. Nat. Cur. Dec. I. an 4. obſ. 70.

REA [*Joannes*] Anglus.

Flora, ſeu de florum cultura: or a complete florilege furniſhed with all requiſites belonging to a floriſt. *London.* 1665. *in fol.* Ex indice auctor. bot. à Jo. Douglas in libro *Lilium Sarnienſe* citatorum.

The ſecond impreſſion corrected with many additions and ſeveral new plates in III. Books. *London. George Marriott* 1676. *in fol.* B. R.

REAUMUR [*Renatus Antonius*] Pariſienſis Academiæ Scientiarum Socius.

Deſcription des fleurs & des graines de divers Fucus, & quelques autres Obſervations Phyſiques ſur ces mêmes plantes. *Mémoir. de l'Acad.* an. 1711. Hiſt. p. 55. & Mém. p. 282.

Suite de cette Deſcription. *In eiſd.* an. 1712. Hiſt. p. 48. & Mém. p. 21.

Obſervations ſur les fruits des pruniers ſauvages. *In eiſd.* an. 1713. Hiſt. p. 43.

Obſervations ſur le Boletus ramoſus coralloides fœtidus. *In eiſd.* an. 1713. Mém. p. 71.

Obſervations ſur la vegetation du Noſtoch. *In eiſd* an. 1722. Hiſt. p. 56. & Mém. p. 121.

Remarques ſur la plante appellée à la Chine *Hia-tſao-tom-tchom*, ou plante ver *In eiſd.* an. 1726. Mém. p. 302.

Obſervation ſur la formation du Coral, & des autres productions appellées plantes pierreuſes. *In eiſd.* an. 1727 Hiſt. p. 37 & Mém. p. 39.

Obſervation ſur les plantes qui altérent la blancheur des pierres, & des platres des batimens neufs. *In eiſd.* an. 1729. Hiſt. p. 32. & Mém. p. 185.

REC-

RECCHUS [*Nardus Antonius*] *Vid.* Franc. Hernandem.

REDIUS [*Franciscus*] Aretinus, Academiæ Florentinæ *della Crusca* dictæ Socius.

De variis circa res naturales experimentis epistola ad Kircherum, in qua descriptiones & annotationes quarumdam plantarum continentur scilicet. Aratica, Piment de Chapa, Fœniculi Chinensis, Radicis Joannis Lopez Pineiro, Radicis des Maniques, Radicis de Cheggio. *Extat inter alias epistolas editas Florentiæ & Venetiis in 8. in quibus plures alias de plantis annotationes sparsim continentur.*

Notizie intorno alla natura delle Palme. *Firenze.* 1666.

In ejusd. operum collectione. *Venetiis. Gabr. Hertz.* 1728. *& Florentiæ* 172 . .

REGIS [*Petrus*] Monspessulanus. *Vid.* Malpighium.

REGIUS [*Henricus*] Ultrajectinus.

Hortus Academicus Ultrajectinus. *Ultrajecti.* 1650. *in* 8. Lin. Bibl. bot.

REHFELDUS [*Abraham*].

Hodegus Botanicus menstruus, præmissis rudimentis botanicis plantas quæ potissimum circa Halam Saxonum sponte proveniunt enumerans, quo loco eædem inveniantur, & quo tempore juxta seriem mensium floreant indigitans, plantis officinalibus peculiariter notatis. *Halæ.* 1717. *in* 8. Ex Rivin. bibl. cat.

REISELIUS [*Salomon*] Hirschb Silesius, Acad. Nat. Cur. Socius, *Amphion* dictus, Ducis Virtenbergensis Medicus, natus IX. Kal. Nov. an. 1625. Obiit XII. Kal. Jul. an. 1702.

De baccis seu granis floribus Quercus adnatis Observatio. *Ext. in* Misc. Acad. Nat. Cur. Dec. III. an. 1. obs. 113.

De Valeriana monstrosa. *In eisd.* Dec. 3. an. 3. obs. 11. cum iconibus.

Anatome Piceæ, Abietis, Pinique sylvestris. *In eisd.* Dec. 3 an. 7. in app.

RENEAUME [*Paullus*] Medicus Blesensis.

Specimen historiæ plantarum. *Parisiis, ap. Adrianum Beys.* 1611. *in* 4. cum iconibus 43. B. R.

RENEAUME [*Michael Ludovicus*] Parisiensis Academiæ Scientiarum Socius.

Observation botanique sur une humidité visqueuse trouvée sur les feuilles de l'espece d'Erable *Acer montanum candidum* C. B. Pin. *Mém. de l'Acad. des Scien.* an. 1699. Hist. p. 65.

* Observation sur une nouvelle espece de Noyer non décrite, qu'il nomme *Nux juglans folio eleganter dissecto, ou Acanthi folio. In eisd.* an. 1700. Hist. p. 69.

* Anglicè extat in Actis Soc. Lond. n. 273.

Obfervation fur le fuc nourricier des plantes. *Mém. de l'Acad. des Scien.* an. 1707. Hift. p. 50. & Mém. p. 269.

Obfervation fur la maniere de conferver les grains. *In eifd.* an. 1707. Mém. p. 63.

De la nourriture des plantes, & defcription de la Gentiane à fleurs bleues. *In eifd.* an. 1711. Hift.

Defcription de la Spongia faxatilis ramofa fragilis & pifcem olens. *In eifd.* an. 1714. Mém. p. 231.

Defcription de la Sanicula officinarum. *In eifd.* an. 1716.

Defcription de l'Evangelia Pauli Renealmi. *In eifd.* an. 1717.

Obfervation fur les fyftemes de Botanique. *In eifd.* an. 1718. Hift. p. 45.

Defcription du Crocoloides Atractylidis folio. *In eifd.* an. 1720. Hift.

REUSCHIUS [*Erhardus*].

Differtatio epiftolica de præcipuis Hefperidum fcriptoribus. *Ext. in* Hefperidibus Norimbergenfibus Jo. Chr. Volckameri.

REYERUS [*Andreas*].

De anima in genere, & in fpecie de anima vegetante. *Lipfiæ.* 1682. *in* 4. Ex Rivin. bibl. cat.

RHEEDE van Draakenftein [*Henricus*] Præfectus Batavus Malabarenfis.

Phil. Tranf. n. [illegible]

Hortus Malabaricus continens regni Malabarici apud Indos celeberrimi omnis generis plantas rariores, Latinis, Malabaricis, Arabicis, & Bramanum characteribus nominibufque expreffas, unà cum floribus, fructibus, & feminibus naturali magnitudine à peritiffimis pictoribus delineatas, & ad vivum exhibitas: addita infuper accurata earumdem defcriptione, qua colores, fapores, facultates, & præcipuæ in Medicina vires exactiffime demonftrantur. Adornatus per Henricum van Rheede, & Joan. Cafearium Ecclefiaft. in Cochin, notis adauctus & commentariis illuftratus ab Arnoldo Syen Medicinæ & Botanices in Academia Lugd. Batava Profeffore. *Amftelodami fumptibus van Someren & Joan. van Dyck.* 1678. *in fol.* Pars I. Tab. icon. 57.

Ph. Tranf. n. eod.

Pars II. de fruticibus, notis & commentariis illuftrata à Joan. Commelino. 1679. *in fol.* Tab. icon. 56.

Ph. Tranf. n. eod. Phil. Tr. n. 191. Act. Erud. 1686. Act. Erud. 1686. Ph. Tranf. n. eod. Ph. Tr. n. eod. Act. Erud. 1688.

Pars III. de arboribus, adornata à Draakeftein & Joanne Munnicks Medicinæ Doctore in eadem facultate, anatomes ac botanices in Academia Ultrajectina Profeffore, cum notis Commelini, *ap. viduam Henrici, & viduam Theod. Boom.* 1682. *in fol.* Tab. icon. 64.

Pars IV. de arboribus fructiferis, eorumdem curis. 1683. Icon. 61.

Pars V. de arboribus & fruticibus bacciferis, eorumdem curis. 1685. Icon. 60.

Pars VI. de variis generis arboribus filiquofis, cura Draakeftein & Theodori Janfon ab Almeloveen M. D. notis adaucta. 1686. Icon. 61.

Pars VII. de variis generis fruticibus fcandentibus, cura ejufdem Draakeftein,

kestein, notis & commentariis illustrata à Joan. Commelino, in ordinem redacta & Latinitate donata ab Abrahamo Poot M. D. 1688. Icon. 59.

Pars VIII. de variis generis herbis pomiferis & leguminosis, eorumdem curis. 1688. Icon. 51.

Pars IX. de herbis, & diversis illarum speciebus, eorumdem curis 1689. Icon. 87.

Part. X. & XI. de herbis. 1690. X. Icon. 94. XI. Icon. 65

Pars XII. & ultima, cum Indice generali. 1703. Icon. 79.

Ph. Tr. n. eod. Act. Er. 1688. Ph. Tr. n. eod. Act. Er. 1688. Ph. Tr. n. eod. Ph. Tr. n. 214. Ph. Tr. n. eod.

Hic Index forma octava editus etiam fuit anno eodem.

P. Joannes Matthæus à S. Josepho Carmelitanus Neapolitanus plures hujusce collectionis plantas depinxit, eaque curis Emmanuelis Carneiro è Societate Jesu, Doctoris Coiladæ Medici Malabarensis, & Itti-Achuden, adornata est.

RHEIN [*J. C.*].

Dissertatio de Cardamomo. *Jenæ.* 1707. *in* 4. Ex Lin. bibl. bot.

RHELLICANUS aliàs MULLER [*Joannes*] è loco *Rhellicon* patria sua in ditione Tigurensi sic dictus. Obiit an. 1542.

Stockhornias, sive montis Stockhornii descriptio, versibus. *Tiguri.* 1555. *in* 4. *Ext. in libro Gesneri* de raris & admir. herb.

RHENANUS [*Beatus*] Selestadiensis. *Vid.* Plinium.

RHYNE [*Gulielmus*] Japanensium Imperatoris Medicus, Botanicus, & Chymicus, Bataviæ Medicinæ Professor.

Appendix ad centuriam primam exoticarum plantarum Jacobi Breynii, in qua agitur de frutice Thee. *Ext. in libro ejusdem argumenti Jacobi Breynii.*

RICARTUS [*Petrus*] Pharmacopola Lillensis

Botanotrophium, seu Hortus medicus Petri Ricarti, cura Georgii Wionii Artium Doctoris ac Medici descriptus ac editus. Additis plantis quæ prope Lillam nascuntur. *Lille, typis Simonis le Francq.* 1644. *in* 12. Sloan.

RINALDUS [*Joannes*].

Il mostruosissimo mostro del significato de' colori dell' erbe e fiori. *Ferrariæ.* 1588. *in* 8.

Venetiis. 1592. *in* 8.

Brescia. 1599. *in* 8.

Venezia. *Lucio Spineda.* 1599. *in* 12.

RIOLANUS [*Joannes*] Medicus, Joannis Medici Parisiensis filius.

Requette au Roy Louis XIII. pour l'établissement d'un jardin Royal. *Paris.* 1618. *in* 8.

RI-

RIPA [*Ludovicus*] Medicus Venetus.

Bibl. Ital. Art. 1733.

Historiæ universalis plantarum scribendæ propositum, addito specimine. *Patavii, typis Joan. Bapt. Conzatti.* 1718 in 4.

Vit. eius præfixa est Intr. eiusd. Bibl. catal. edit. ... 1727. Act. Er. 1690. Act. Er. 1690. Act. Er. 1692. Act. Er. 1701.

RIVINUS [*Augustus Quirinus*] Lipsiensis, Medicinæ & Botanices Professor, natus V. Id. Dec. anno 1652. Obiit III. Kal. Jan. an. 1722.

Introductio generalis in rem herbariam. *Lipsiæ, typis Christophori Güntheri.* 1690. in fol.

Item ordo plantarum quæ sunt flore irregulari monopetalo. *Ibidem, ap. Christoph. Fleischerum.* 1690. in *fol.* Tab. icon. 124.

Ordo plantarum flore irregulari tetrapetalo. *Ibidem.* 1691. Tab. 121.

Ordo plantarum flore irregulari pentapetalo. *Ibidem, typis Joan. Henrici Richteri.* 1699. Tab. icon. 138. Falc.

Introductio in rem herbariam. *Lipsiæ.* 1696. in 12. Ex bibl. Maff. cat. n. 717

Iterum, access. Corollarii loco, responsio ad Joan. Jac. Dillenii objectiones Editio III. *Lipsiæ, ap. Georg. Christ. Winzerum,* 1720. in 12.

Epistola de Botanica ad Raium. *Lipsiæ* 1694. in 4.

Cum Raii responsione. *Londini.* 1696. in 8. *Ext. in ejusd. Synopsi Stirp. Britan. Vide etiam ejusd. libri Præfationem, & Dissertationem de variis plantarum methodis.*

RIVINUS [*Quintus Septimius Florus*].

Quæstio, an plantarum vires ex figura & colore cognosci possint? *Lipsiæ.* 1670. in 4.

ROBERGIUS [*Laurentius*] in Universitate Upsaliensi Medicinæ Professor.

Dissertatio de Piceæ, Pinique sylvestris resina, respondente Joanne Hesselio Dalekarlo. *Upsaliæ. lit. Wernerianis.* 1714. in 4. cum iconibus Sloan.

ROBERTUS [*Nicolaus*] Blesensis. *Ludovicus* CHATILLON, & *Hadrianus* BOSSE, Cælatores Galli, qui sequentium plantarum icones ab eodem Roberto, Joanne Jouberto Pictaviensi, & Claudio Aubrieto Catalaunensi Campano depictas, sculpserunt, quarum prototypi in Bibliothecâ Regiâ Parisiis asservantur.

Absinthium Ponticum, vulgare, majus. *Rob.*
Absinthium vulgare. *Rob.*
Acarna flore patulo. *Bos.*
Acetosa pratensis. *Chat.*
Acetosa rotundifolia. *Chat.*
Acetosa Bontii. *Chat.*
Acinos latifolia. *Chat.*
Aconitum lycoctonum, luteum C. B. Pin. 183. *Rob.*

Aco-

Aconitum cæruleo purpureum, flore maximo, sive Napellus 4. C. B. Pin. 183.
Aconitum Pyrenaicum, supinum.
Aconitum cæruleum, glabrum, flore Delphinii. *Rob.*
Aconitum pyramidale, multiflorum. *Rob.*
{Aconitum Pyrenaicum, ampliore folio, tenius laciniato.
{Aconitum lycoctonum, luteum C. B. Pin. 183.
Aconitum cæruleum, sive Napellus vulgaris. *Rob.*
Aconitum salutiferum, sive Anthora C. B. Pin. 183. *Rob.*
Acorus verus, sive Calamus aromaticus Officin. *Rob.*
Ageratum foliis serratis, seu Eupatorium Mesue. *Bos.*
Alchimilla vulgaris C. B. Pin. *Chat.*
{Alchimilla Alpina minor. *Rob.*
{Alchimilla minima, montana Col. *Rob.*
Alchimilla Alpina, pubescens, minor H. R. Par. *Rob.*
Alliaria. *Bos.*
Aloe Americana, fœtida. *Bos.*
Aloe vera. *Rob. del. Chat. sculp.*
Aloe Americana. *Bos.*
Althæa sive Ibiscus. *Rob. d. Chat. sc.*
Althæa Indica, Gossipii folio, Acetosæ sapore. H. L. Bat. *Chat.*
Althæa Indica, flore cæruleo minimo. *Chat.*
Althæa Africana. *Chat.*
Alyssum Galeni. *Rob.*
Ambrosia maritima. *Rob.*
{Anagallis mas, phœniceo flore.
{Anagallis fœmina, cæruleo flore. *Bos.*
{Anagallis Lusitanica, flore cæruleo, amplo. *Rob.*
{Anagallis nemorum, luteo flore. *Rob.*
Ananas Acostæ Lugd. *Chat.*
Anonyma, Anapodophyllon quibusdam. *Rob.*
Anchusa lignosior. *Bos.*
Androsæmum tragodes. *Chat.*
Angelica sativa C. B. Pin. *Chat.*
Angelica trifolia, Canadensis.
Angelica Alpina, ad nodos florida. *Chat.*
Angelica Pyrenaica, angustifolia.
Angelica Acadiensis flore luteo. *Rob.*
Anonis Hispanica, frutescens, folio rotundiori.
Anonis spinosa, flore purpureo C. B. Pin.
Anonis Hispanica, frutescens, folio tridentato, carnoso.
Anonis viscosa, flore luteo, variegato. *Bos.*
Anonis montana, præcox, purpurea, frutescens Mor. H. R. Bles. *Rob.*
Anonis anonyma, foliis Ribesii. *Rob.*
{Anthyllis maritima, Chamæsyces facie.
{Anthyllis maritima, Alsines folio. *Chat. sc. Rob. del.*

Campanula foliis Echii, floribus villosis C. B. Pin. *Rob.*
Campanula flore Medii. *Rob. d. Chat. sc.*
Campanula foliis subrotundis, caulem amplexantibus. *Chat.*
Campanula Americana, minor. flore cæruleo, patulo. *Rob.*
Carduus stellatus, Leucoii folio. *Rob.*
Carlina acaulos, flore luteo, pallescente. *Rob.*
Castanea equina. *Bos.*
Centaurium minus, flore spicato. *Rob. del. Chat sc.*
Centaurium majus alterum, profundè laciniatum, purpurascente flore H. R. Par. *Chat.*
Centaurium luteum, Africanum. *Rob.*
Chelidonium majus. *Rob.*
Chelidonium minus. *Bos.*
Chrysanthemum foliis Abrotani, multifidis. *Rob.*
Chrysogonum Dioscoridis. *Chat.*
Chrysoplenium foliis amplioribus, auricularis. *Bos.*
Chrysoplenium foliis minoribus, subrotundis. *Bos.*
Cicer Americanum. *Rob d. Chat. sc.*
Cichorium sylvestre. *Chat.*
Clematitis trifolia, sive Passionis. *Rob.*
Clematitis Americana, siliquosa, tetraphyllos. *Rob.*
Clematitis quinquefolia, Americana, sive flos Passionis. *Rob.*
Cnicus Hispanicus, foliis serratulæ. *Chat.*
Convolvulus purpureus, Linariæ folio. *Rob.*
Convolvulus Siculus, flore cæruleo, minimo. *Rob. d. Chat. sc.*
Conyza latifolia, flore luteo. *Chat.*
Conyza Americana frutescens, foliis subrotundis, nervosis, floribus spicatis Inst. rei herb. *Chat.*
Corchorus, sive Melochia J. B. *Chat.*
Coriandrum. *Rob.*
Cotyledon flore luteo, radice tuberosa, repente. *Bos.*
Crambe maritima, Brassicæ folio. J. R. H. *Chat.*
Cucumis sylvestris, folio sinuato, & dissecto. Ac. Acad. R. Par. *Chat.*
Cucumis sylvestris, Asininus dictus. *Bos.*
Cyanus montanus, longifolius, vel Verbascum Cyanoides C. B. Pin. *Chat.*
Cyanus montanus, caule folioso, capitato, oblongo. *Chat.*
Cyanus orientalis, flore luteo, fistuloso. *Rob.*
Cymbalaria. *Bos.*

Dentaria siliquosa, heptaphyllos. *Rob.*
Digitalis Americana, purpurea, folio serrato. *Rob.*
Doronicum *Chat.*
Dracunculus Alpinus, Agerati folio. *Rob.*
Dracunculus Indicus, caule viridi, non maculato. *Rob.*
Dracunculus, sive Serpentaria triphylla Brasiliana. *Rob.*

Dracunculus polyphyllus C. B. Pin. *Chat.*

Elichrisio affinis Africana, arborescens, foliis purpureo violaceis, floribus Salviæ, odore Rorismarini H. L. Bat. *Chat.*
Ephemerum spurium Lobelii. *Chat.*
Epimedium Dioscoridis. *Rob. d. Chat. sc.*
Eruca, Tanaceti foliis. *Rob.*
Eupatorium Canadense, foliis Enulæ. *Rob. d. Chat. sc.*

Faba minor, vulgaris. *Rob.*
Filipendula. *Rob.*
Flos solis Indicus, Trachelii folio, radice repente. *Rob. d. Chat. sc.*
Fraxinella, officinis Dictamnus albus. *Bos.*
Fumaria Canadensis, radice tuberosâ squammata. *Rob.*
Fungus scoparum effigie. *Rob. d. Chat. sc.*

Galega vulgaris C. B. Pin. *Rob. del. Chat. sc.*
Galega Ægyptiaca, sive Sesban Alpini. *Rob. del. Chat. sc.*
Gelseminum Indicum, flore cæruleo. *Rob.*
Gentiana palustris, latifolia, flore punctato C. B. Pin. *Chat.*
Gentianella Alpina, verna, magno flore. *Bos.*
Geranium Robertianum. *Rob.*
Gnaphalium Americanum. *Rob. del. Chat. sc.*
{ Gnaphalium montanum, purpureum.
Gnaphalium montanum, flore candido, longiore.
Gnaphalium Alpinum, sive Leontopodium Matthioli. *Rob. del. Chat. sc.*
Gossipium, sive Xylon semine albo. *Bos.*
Gramen dactylon, maximum, Americanum H. R. Par. *Chat.*
Granadilla fœtida, folio tricuspidi, villoso, flore albo. J. R. H. *Chat.*

Hederæ trifoliæ Canadensis affinis. *Rob. del. Chat. sc.*
Helenium Canadense, *Vosacan* dictum. *Rob. del. Chat. sc.*
Helenium Indicum, maximum. *Bos.*
Heliotropium tricoccum. *Chat.*
Heliotropium Americanum, foliis Hormini. *Rob.*
Heliotropium majus Dioscor. C. B. Pin. *Bos.*
Helleborus pumilus, tuberosâ radice, flore luteo. *Rob.*
Helleborus albus, flore atro rubente. *Rob. del. Chat. sc.*
Helleborus niger, trifoliatus Aldini.
Helleborus niger officinar. *Rob.*
Helleborus niger, fœniculæ folio, major. *Rob.*
Helleborus niger, Ferulaceus, Buphtalmi flore. *Rob.*
Helleborus niger, amplioribus foliis.
Helleborus niger, fœtidus C. B. Pin. *Bos*
Helleborine flore rotundo, sive Calceolus C. B. Pin. *Rob.*
Helleborine Canadensis, sive calceolus Mariæ C. B. Pin. *Rob.*

Her-

Herba Mimosa frutescens. *Chat.*
Herba Mimosa altera. *Chat.*
Hesperis, sive Viola matronalis flore pleno. *Rob.*
Hesperis hortensis, sive Viola matronalis. *Rob.*
Hesperis montana, pallida odoratissima. *Rob.*
Hesperis Pyrenaica, inodora. *Chat.*
Hieracium Creticum, coma cærulea. *Rob.*
Horminum, Sclarea dictum. *Chat.*
Hydrophyllon Morini. *Bot.*
Hyosciamus rubello flore C. B. Pin. *Chat.*
Hypericum. *Chat.*

Jacea Sicula, Erucæ folio, lutea, echinata. *Rob.*
Jacea lutea, Cretica, foliis Cinerariæ. *Rob.*
Jacea montana, incana, capite Strobili. *Rob.*
Jacea Lusitanica, maxima, semper virens. *Bot.*
Iris Persica, variegata, præcox. *Rob.*

Kinakina falsa. *Chat.*

Lactuca sativa. *Rob. d. Chat. sc.*
Lactuca sylvestris, odore Opii. *Chat.*
Lactuca sylvestris, folio laciniato, dorso spinoso. *Chat.*
Lactuca Canadensis, altissima, angustifolia, flore pallidè luteo. Tab. 2.
Lactuca Canadensis altissima, latifolia, flore leucophæo. Tab. 2.
Lamium, Parietariæ foliis. *Rob.*
Leontopetalon. *Rob.*
Lepidium, sive Piperitis. *Rob.*
Leucoium luteum, vulgare.
Leucoium bulbosum, serotinum, polyanthemum. *Rob.*
Leucoium Creticum parvum, folio virente, crassiusculo. *Rob.*
Lilium album, foliis ex luteo eleganter variegatis.
Lilium album, vulgare J. B.
Lilium, flore lineis purpureis variegato.
Lilium Acadiense, pumilum, flore rubro, punctato. *Rob.*
Lilium Persicum minus. *Rob. d. Chat. sc.*
Lilium montanum, flore pleno. *Rob.*
Lilium, sive Martagon Canadense, flore luteo punctato. *Rob.*
Lilio Narcissus Japonicus, rutilo flore. *Rob.*
Limonium minus, annuum, bullatis foliis, vel Echioides Bot. Monspel.
Limonium frutescens, Portulacæ marinæ folio.
Limonium parvum, Bellidis minoris folio C. B. Pin. *Bot.*
Limonium Hispanicum, foliis Plantaginis bullatis.
Limonium Lusitanicum, foliis lanceolatis.
Limonium Lusitanicum, Auriculæ ursi folio, floribus densè congestis.
Limonium Syriacum, Asplenii folio. *Rob. d. Chat. sc.*

Linaria lutea, vulgaris. *Rob.*
Linaria Sicula, folio Gallii. *Rob. del. Chat. sc.*
Linum Lusitanicum, umbilicato semine. *Rob.*
Lotus Syriaca *Rob. d. Chat sc.*
Loto affinis, Coryli folio. *Rob.*
Lunaria major, siliqua longiore J. B. *Rob.*
Lunaria major, siliqua rotundiore *Bos.*
Lychnis Sicula, glabra, Pseudomelanthii facie. *Rob.*
Lychnis umbellifera, montana, Helvetica. *Rob. d. Chat. sc.*
Lychnis hirta minor, flore variegato. *Rob.*
Lysimachia purpurea, spicata, foliis Origani. *Chat.*
Lysimachia purpurea, spicata. *Bos.*

Majorana Syriaca, sive Marum Syriacum. *Bos.*
Malva, Betonicæ folio. *Rob. del. Chat. sc.*
Mandragora mas. *Bos.*
Mandragora, flore subcæruleo, purpurascente C. B. Pin. *Chat.*
Matricaria, sive Parthenium. *Rob.*
Matricaria flore pleno, fistuloso. *Rob.*
Melilotus Officinar *Rob. del. Chat. sc.*
Melo vulgaris. *Rob*
Melocactus Americanus, echinatus. *Chat*
Mercurialis testiculata, sive mas Dioscor. & Plinii C. B. Pin. *Chat.*
Mercurialis spicata, sive fœmina Dioscor. & Plinii C. B. Pin. *Chat.*
Millefolium montanum, purpureum, Tanaceti foliis. *Bos.*
Millefolium odoratum, minus, album, Monspeliensium. *Rob.*
{ Moly montanum, latifolium, luteo flore.
{ Moly Dioscoridis. *Rob.*
{ Muscus marinus, Americanus reticulatus.
{ Tragacantha altera Prosp. Alp. exot. *Chat.*

{ Narcissus sylvestris, multiplex.
{ Narcissus sylvestris. *Rob.*
Narcissus bifolius, promontorii bonæ spei. *Rob. d. Chat. sc.*
{ Nasturtium hortense.
{ Nasturtium pumilum, vernum.
{ Nasturtium supinum, vernum. *Chat.*
Nasturtium aquaticum, supinum. *Chat.*

Ocymum caryophyllatum monachorum, sive Acinos Col. J. B. *Chat.*
Origanum heracleoticum, verum. *Rob. d. Chat. sc*
Orobanche squammata, flore amplo, violaceo. *Rob.*

Palmæ nux Indicæ cocciferæ, angulosa. *Rob. del. Chat. sc.*
Papaver corniculatum, flore luteo. *Rob.*
Papaver corniculatum, hirsutum, flore luteo. *Rob.*
Papaver spinosum, Mexicanum. *Bos.*

Pa-

Parietaria officinarum Dioscor. C. B. Pin. *Chat.*
Persicaria maculosa. *Rob.*
Petasites major, vulgaris. *Rob.*
Polygonatum vulgare.
Polygonatum, sive sigillum Salomonis, flore pleno. *Rob.*
Populago Tabern. Icon. *Rob. del Chat. sc.*
Pseudo dictamnus Indicus, acetabulis Moluccæ. *Rob. d. Chat. sc.*
Ptarmica Alpina, Matricariæ foliis Triumf. *Chat.*

Ranunculus luteus, Aconiti folio, magno flore. *Bos.*
Ranunculus nemorosus, flore cæruleo. *Chat.*
Ranunculus Thalictri folio, Asphodeli radicibus. *Rob. d. Chat. sc.*
Rapuntium Americanum, flore dilutè cæruleo. *Rob.*
Rapuntium Americanum, flore coccineo. *Rob. del. Chat. sc.*
Reseda vulgaris lutea. *Rob.*

Sanicula, sive Diapensia. *Rob.*
Sanicula Alpina, foliis Borraginis, villosa. *Rob. del. Chat. sc.*
Sanicula Americana, repens. *Rob. del. Chat. sc.*
Sanicula, sive Cortusa Indica, flore spicato, fimbriato. *Rob.*
Satureia hortensis, sive Cunila sativa Plinii C. B. Pin. *Chat.*
Satureia hirsuta, purpurea, Libani. *Rob.*
Saxifraga rotundifolia alba, radice granulosa. *Rob.*
Scabiosa stellata, annua, prolifera. *Rob.*
Scabiosa pratensis, hirsuta, quæ officinar. C. B. Pin. *Chat.*
VALENTINUS [*Michael Bernardus*] Academiæ Naturæ Curios. Socius, *Thessalus* dictus, Medicinæ Professor Giessensis.

Historia Moxæ, cum adjunctis in fine Meditationibus de podagra. *Lugduni Batavorum, ap. Petr. van der Aa.* 1686. *in* 12. B. R.

Extat etiam cum ejusdem Polychrestis Exoticis editis Francofurti an. 1700 in 4.

Discursus Academicus de China Chinæ. *Giessæ.* 1697. *in* 4. *Extat etiam in Polychr. Exot. p.* 45.

Dissertatio de Ipecacuanha, novo Gallorum antidyssenterico. *Giessæ* 1698. *in* 4. *Ext. quoque in Polychr. p.* 15.

Polychresta Exotica in curandis affectibus contumacissimis probatissima, Fabæ scilicet S. Ignatii, Ipecacuanha, China Chinæ, Clyster Tabaccus, & cum Dissertationibus epistolicis varii argumenti. *Francofurti, ad Mœn. ap. Jos. David. Zunnerum* 1700. *in* 4.

VALERUS [*Abraham*] Medicus, Academiæ Naturæ Curiosorum Socius.

Lectiones publicæ de incrementis artis medicæ ex remediis noviter detectis expectandis. *Wittebergæ, lit. Aug. Kobersteinii.* 1718. *in* 4. Falc.

De balsami de Mecca natura & usu Dissertatio inauguralis. *Wittebergæ, lit. Gerdesii* 1720. *in* 4. Falc.

C. VALGIUS, vir eruditione spectatus, de herbarum usu volumen imperfectum ad Augustum scripsit, teste Plinio l. 25. c. 2.

VANDERMONDIUS [*Jacobus Franciscus*] Medicus.

Quæstio medica: An infirmis à morbo viribus Ginseng? *Parisiis. Quillau.* 1736. *in* 4.

Journ. des Sçav. Avril 1736.

VATERUS [*Christianus*].

De Corallorum natura, præparatis, & usibus. *Wittebergæ.* 1720. in 4.

VAUGHAN [*Er. . . . .*]

An account of Hemlock water drop wort, seu Oenanthe aquatica succo viroso. *Phil. Transf.* n. 238.

VAUX [*N. . . . . de*] Chirurgus Parisiensis. *Vid.* Boerhaavum.

VESALIUS [*Andreas*] Bruxellensis, natus Prid. Kal. Januar. an. 1514. Obiit Idib. Octob. an 1564.

Radicis Chinæ usus. *Lugduni, typis Joan. Frellonii.* 1547. in 16. Falc.

Extat etiam in ejusdem operibus Boerhaavii cura editis *Lugduni Batav.* an. 1725 in *fol.* Inter Opera de morbo Gallico edita *Venetiis* an. 1566. & *Lugd. Batav.* an. 1731. in *fol.*

VESALIUS [*Franciscus*] Andreæ frater.

Epistola rationem modumque propinandi radicis Chinæ decocti, quo Imperator Carolus V. usus est pertractans, & aliæ quædam epistolæ. *Basileæ, ex officina Joannis Oporini.* 1546. in fol.

VESLINGIUS [*Joannes*] Mindanus, Anatomiæ & Chirurgiæ Professor in Universitate Patavina. Obiit III. Kal. Sept. an. 1649. ætatis 51.

Epistolæ duæ, in quibus disseritur de Opobalsamo. *Extant in G. Volkameri Opobalsami examine.*

Opobalsami veteribus cogniti vindiciæ. Accessit Paræneſis ad rem herbariam &c. *Patavii, typis Frambotti.* 1644. B. Maz.

VESTUS [*Justus*] in Universitate Erfordiensi Medicinæ Professor.

De symbolo Pythagoræ, Fabis abstineto. *Erfordiæ* 1674. in 4. Ex cat. Bibl. Rivini.

De fructuum hortensium, & esculentorum abusu. *Erfordiæ* 1704. in 4.

De panis usu alimentoso & medicamentoso Dissertatio inauguralis, respondente Joanne Samuele Seilero Molschebia Gothano. *Erfordiæ, typis Groschianis.* 1710. in 4.

De præstantia medicamentorum simplicium & Galenicorum, præ Chymicis. *Erfordiæ.* 1713. in 4.

VIGO [*Joannes de*] Genuensis, Julii II. summi Pontificis Medicus.

Chirurgia practica, *in qua libro VII de natura & viribus simplicium.* Lugduni, per *Joannem de Cambray.* 1515. in 4.

Florentiæ. 1525. in 8.

Lugduni, per *Jacobum Pertonum.* 1534. in 8.

Lugduni, per *Symphor. Beraud.* 1542. in 8.

Lug-

Lugduni, ap. her. *Jacobi Juntæ.* 1561. in 8.
Lugduni, 1582. in 8.
Gallicè *Parisiis* 1530. in *fol.*
Catalonicè, à Michaele Joan. Paschali Valentino versa. *Valentiæ.* 1537. in *fol.* B. Maz.
Anglicè à Ricardo Tralone translata. *Londini. Edwardus Whytchurch.* 1543. in *fol.* B. Maz.

VILLANOVA [*Arnaldus de*] Hispanus, à Villanova patria sua Villanovanus dictus, natus anno 1300. Obiit anno 1363.

Consilium ad Regem Aragonum de salubri hortensium usu, cum Dyocles Carystii Medici epistola. *Parisiis*, ap. *Morellum.* 1573. & 1586. in 8.
Extat etiam in ejusdem Operibus editis *Basileæ* ap. *Pernam.* 1585. in *fol.* & *Lugduni* 1686. in *fol.*

VILLINGANUS [*Georgius Pictor*] Medicus.

Vocum difficilium Aemil. Macri de viribus herbarum expositio *Basileæ.* 1559. in 8.

VITALIANUS [*Antonius*] Ceperanensis.

De abusu Tabacci. *Romæ*, ap. *Franciscum* [illegible]. 1650. in 12.

VOLCKAMERUS [*Joannes Georgius*] Norimbergensis, Acad. Nat. Cur. Socius, *Helianthus* vocatus, natus an. 1616. Obiit XVII Kal. Sept. an. 1693.

Opobalsami Orientalis in Theriaces confectione Romæ revocati examen &c. Accessere I. Relatio historica controversiæ de Opobalsamo orientali Romæ habitæ, scripta à Fr. Petro Calsiçasi Med. II. De recenti balsamo pro Orientali in Urbe adhibito disquisitio, auctore Evonymo. III. Paulli Zacchiæ epistola ad Collicolam, Anton. Manfredum, & Vincentium Panutium aromatarios. IV. Balthasaris Bonanni ad eosdem epistola. V. Baldi Baldi propugnationes quinque. VI. Joan. Veslingii epistolæ duæ ad Baldum Baldum. VII. Antonii Parisani Medici Veneti epistola ad Bernardinum Millonum. VIII. Joannis Nardi Medici Florentini ad Zacchiam & Baldum epistola. IX. Romani Collegii aromatariorum epistolæ. X. Responsiones Collegii aromatariorum Neapolis. XI. Epistolæ Romani collegii aromatariorum ad Petrum Castellum, cum ejusdem responsione. XII. Responsio pro Collegio aromatariorum ad propositionem primam Baldi Baldi. XIII. Memoriale Opobalsami facticii & falsi. *Norimbergæ*, ap. *Wolfg. Endterum.* 1644. in 12. Fale.
De Scorzonera montana alexipharmaca Observatio. *Ext. in Misc. Acad. Nat. Cur.* Dec. II. an. I. obs. 181. cum icone.

VORMIUS [*Hobius van der*] Medicus Nardensis.

Atriplex falsum vulgo dictum *[illegible]* essentia, viribus, & operationibus suis primo descriptum. *Amstelodami Joannes* [illegible]. 1661. in 12. Fale.

VULPIUS [*Joannes Baptista*] Anatomicus Patavinus *Vid.* Celsum.

W.

WAGNERUS [*Georgius Fridericus*].

Dissertatio de balsamo vero, quod vulgo Opobalsamum dicitur. *Jenæ.* 1705. in 4. Ex cat. bibl. Masf. n. 1908.

De Balsamo Dissertatio. *Jenæ.* 1717. in 4. Ex ejusd. catal.

WAGNERUS [*Joannes Jacobus*] Medicus Tigurinus, Tergovillæ natus Prid. Kal. Mai. an. 1641. Obiit XIX. Kal. Jan. an. 1695.

De Lolii perniciosis effectibus Observatio. *Ext. in Misc. Acad. Nat. Cur.* Dec. II. an. 3. obs. 186.

De Chelidonio majori, febrifugo. *In eisd.* Dec. II. an. 9. obs. 18.

De Solani melanocerasi, seu sylvestris, vi soporifera ac deleteria. *In eisd.* Dec. II. an. X. obs. 108.

WALSCHMIDTIUS [*Joannes Jacobus*] in Universitate Marpurgensi Medicinæ Professor.

Dissertatio inauguralis de potu Thee, respondente Christ. Kirshero. *Marpurgi* 1685. in 4.

Hæc & altera de Opio Dissertatio *Extat inter varia ejusdem auctoris opuscula edita an. . . .* in 8. vol. 1. p. 768.

Joann. obiit Sept. Jun. 1706.

Monita medica circa Opii & opiatorum naturam *Marpurgi.* 1697. in 4. Ex cat. bibl. Masf. n. 2912.

WALDSCHMIDTIUS [*Gulielmus Ulricus*] Joan. Jacobi filius, Medicinæ Professor in Universitate Kiloniensi, natus Marpurgi an. 1669. Obiit Prid. Id. Januar. an. 1731.

Dissertatio de usu & abusu Thee in genere, præcipuè verò in hydrope. *Kiloniæ* 1692. in 8. Ex cat. bibl. Masfeld. n. 2906.

Gedancken über das gewöhnliche Thee trincken. *Leipzig.* 1693. in 4. Ex ejusd. cat. n. 2906.

WAREN [*Martinus*].

Ad amicum R. L. epistola, in qua curandi methodus & ratio in febribus nuper grassantibus corticis Peruviani periculum, incertitudo, & infalubritas explicantur. *Cantabrigiæ, typis Academicis* 1729. in 4.

Cfr. Ri. cat. Va. Prof. Jenens.

WEDELIUS [*Georgius Wolfgangus*] Academiæ Naturæ Curios. Socius, *Hercules* dictus, & in Universitate Jenensi Medicinæ Professor, *Golssen* in Lusatia natus Prid. Id. Nov. an. 1645. Obiit VIII. Non. Sept. an. 1721.

Diatribe medica de Opio. Disputatio inauguralis, respondente Samuele Ledelio. *Jenæ, typis Sam. Krebsii.* 1667. in 4.

Opio.

Opiologia ad mentem Acad. Nat. Cur. elaborata. *Jenæ, ap. Joan. Fritschium.* 1674. *in* 4.

Editio altera. *Jenæ, ap. Joan. Bielckium.* 1682. *in* 4.

De medicamentorum facultatibus cognoscendis & applicandis libri duo. *Jenæ.* 1678. *in* 4.

Ibidem. 1696. *in* 4.

In Anglicam linguam versi. *Londini.* 1685. *in* 8.

De usu Cucumerum innoxio. *Jenæ.* 1686. *in* 4.

De resina Aegyptia Plauti. *Jenæ.* 1697. *in* 4.

De spiritu vini. *Jenæ.* 1697. *in* 4.

De Camphora Dissert. inauguralis, respondente Joanne Adolpho Wedelio Jenensi. *Jenæ typis Krebsianis.* 1697. *in* 4.

De vino medico Propempticon. *Jenæ.* 1698. *in* 4.

De Terebenthina Dissertatio. *Jenæ.* 1700. *in* 4.

Centuria exercitationum Medico-philologicarum &c. *Jenæ. Jos. Bielckius.* 1702. *in* 4. in qua continentur:

Dec. III. Exercit. 7. De usu Cucumerum, *jam relata.*

Dec. X. Exercit. 4. De resina Aegyptia Plauti. *vid. supra.*

Exercit. 5. De pane Dyrrachino Julii Cæsaris.

De Rhabarbari genere, differentiis, & virtute Propempticon. *Jenæ.* 1708. *in* 4.

Experimentum curiosum de Colchico veneno, & alexipharmaco simplici & composito. *Jenæ. lit. Krebsianis.* 1718. *in* 4. (*Act. Erud. 1719. Journ. des Sçav. 1719.*)

De Hyosciami noxis & virtutibus. *Jenæ.* 1715. *in* 4. *Extat etiam in* Misc. Ac. Nat. Cur. An. 3. obs. 21.

WELSCHIUS [*Christianus Ludovicus*] Medicus.

Lapis materiæ Medicæ Lydius, seu accuratum medicamentorum simplicium examen, brevissima methodo dispositum, à Paulo Hermanno editum, curis Welschii. *Lipsiæ.* 1703. *in* 8.

Lugd. Batavor. ap. *Henr. Teering.* 1707. *in* 8.

In Anglicam linguam versum, cum observationibus Eduardi Strother. *Londini. Car. Rivington.* 1727. *in* 8.

WENCKH [*Joannes Baptista de*] Medicus Græcensis.

De ligno lentiscino Observatio. *Ext. in* Misc. Acad. Nat. Cur. Dec. III. an. 9. obs. 135.

WENERANUS [*Joannes Belida*].

Tabula simplicium medicamentorum quorum in medicinis potissimum est usus, septem linguarum, Latinam videlicet, Græcam, Italicam, Gallicam, Hispanicam, Belgicam, & Germanicam nomenclaturam & facultates ex parte continens, ordine alphabetico collecta. *Embdæ, ap. Nicol. Briesseanum.* 1576. *in* 8.

WEPFERUS [*Joannes Jacobus*] Medicus Scaphusianus, natus an. 1620. Obiit an. 1694.

De Cicutæ aquaticæ nova Observatio. *Ext. in* Misc. Acad. Nat. Cur. Dec. II. an. 6. obs. 116.

WE-

WESEMANNUS [*Joannes Franckenius*] in Universitate Upsaliensi Medicinæ Professor. Obiit XVII. Kal. Nov. an. 1661. ætatis 71.

De Nicotianæ herbæ, sive Tabaci virtutibus Dissertatio. *Upsaliæ, per Æschill. Matthiam* 1633. *Schef. Suec. liter.*

WHITAKERUS [*Tobias*].

Tractatus de uvæ sanguine, natura, & usu, diæteticè & pharmaceuticè. *Francofurti, ap. Wolfg. Hoffmannum.* 1655 in 8.

Hagæ Comitum, ap. *Samuel. Brown.* 1655 in 8.

WINCKLERUS [*Daniel*] Vratislaviensis.

De Opio tractatus, in quo simul liber de Opio Joannis Freitagii examinatur. *Lipsiæ, Henning. Grossius.* 1635. in 8.

WINCKLERUS [*Nicolaus*] Forchemius, Medicus Hallensis.

Chronica herbarum, florum, seminum, fructuum, radicum, succorum, animalium, atque eorumdem partium, quo nimirum tantopere singula eorum colligenda atque in usum adferenda sint medicum &c. *Augustæ Vindelicor. Mich. Mangerus.* 1571. in 4. Falc.

In Germanicam linguam translata. *Ibidem, ap. eund.* 1577. in 8.

WITTICHIUS [*Joannes*].

Methodus simplicium & compositorum medicamentorum. *Lipsiæ.* 1602. in 8. Ex cat. bibl. Francof.

Bericht &c. von den furnehmsten edelgesteinen, unbekandten, hartzlgen, dingen, Armenischen balsam, fremden wunder kräutern holtz und wurtzlen &c. von dem ligno Guaiaco wunderbaum, res nova genandt von der China Sarsa parilla, von dem Fanzosenholtz Sassafras und Greissholtz, so man lignum nephriticum nennet. *Lipsiæ.* 1589. 1601. & 1603. in 4.

WOLFARTUS [*Petrus*].

Discursus Academicus de China Chinæ. *Gissæ. Henr. Muller.* 1695. in 4.

Sammar. Vit. Prof. Jenens.

WOLFFIUS [*Jacobus*] in Universitate Jenensi Medicinæ Professor, Numburgi natus III. Kal. Jan. an. 1642. Obiit III. Kal. Febr. an. 1705.

De Cerevisia Numburgica Exercitatio medica. *Jenæ.* 1684 in 4.

De Cortice quæ Chinæ Chinæ substitui potest Observatio. *Ext. in Misc. Ac. Nat. Cur.* Dec. II. an. 7. obs. 191.

De radicis Ireos nostratis succo hydropem tollente. *In eisd.* Dec. II. an. 8. obs. 63.

WOLLIMHAUS [*Joannes Simon*] Upsaliensis.

De occultis medicamentorum simplicium qualitatibus in genere Dissertatio. *Upsaliæ.* 1646. in 4. Schef. Suec. liter.

WOOD

WOOD [*Nathanael*].

An account of a poysonous root like Hemlock, and of the Hemlock. *Ph. Trans* n. 231. & 251.

X.

XIMENES [*Franciscus*].

Quatro libros de la naturalezza de las plantas y animales que estan recebidos en el uso de la Medicina en la nueva España. *en Mexico.* 1615. Sloane Hist. of Jamaica.

Nic. Ant. bibl. Hisp.

Z.

ZACCHIAS [*Paullus*] Medicus.

Epistola de balsamo Orientali. *Ext. in Examine Opobalsami Volckameri.*

ZANNICHELLIUS [*Joannes Jacobus*] Joan. Hier. filius, Pharmacopola Venetus.

Lettera intorno alla facoltà dell' Ippocastano. *Venezia. Giacomo Tomasini.* 1733 *in* 4. con la figura dell'albero.

ZAVONA [*Maximianus*, Medicus Ravennatensis.

Abuso del Tabacco de nostri tempi, nel quale si dimostra, che con quello si possono curare un infinito numero de mali che molestano l'uomo. *Bologna G. B. Ferroni. in* 4. B. R.

ZENDRINUS [*Bernardinus*] Medicus Venetus.

Trattato della China China, con una prefazione intorno a' pregiudizj che s'hanno per l'arte medicinale, e al modo più sicuro d'apprenderla. *Venezia Jo Gab. Ertz.* 1715 *in* 8.

ZORSTIUS [*Joannes David*].

Vini Raenani in specie Baccharensis anatomia chymica. *Heidelbergæ.* 1673 *in* 12.

ZWINGERUS [*Theodorus*] Medicus, Acad. Nat. Cur Socius *Aristoteles* dictus, natus an. 1658. Obiit an. 1724.

Examen theoretico practico medicum plantarum Nasturcinarum, quo vegetabilium horum structura naturalis, qualitates, vires, atque usus explicantur; Dissertatio inauguralis, respondente Joan Rodolpho Mieg. *Basileæ, typis Tournisiorum.* 1700 *in* 4.

Triga Dissertationum medicarum de plantis Nasturcinis, de Epilepsia, & de morbis præliantium. *Basileæ, ap. eosdem* 1716. *in* 4.

ANONYMORUM AUCTORUM OPERA,

juxta eorumdem Editionis Annum disposita.

TRactatus de vino, & proprietatibus. *Bononiæ.* 1488. *in* 4. B. R.

De ligno Indico epistola. *Venetiis* 1566. Ex cat. bibl. Bodlei.

Corpus Pharmacopœi, sive virtus herbarum. *ap. Johann Ribelium*, 1573. *in fol.* Bib. S. Vict.

Eden gardiner. The tryal of Tabacco. *London.* 16[illegible]0. in 4. E cat. bibl. Bodl.

Wine, Beer, Ale, and Tabacco, striving for superiority. A dialogue. *London.* 1630. in 4.

Kirani Kiranides, & ad eas Rhyakini Koronides, cum Notis Andreæ Rivini. *Lipsiæ* 1638. in 8.

—— Francofurti 1681. in 12.

Nomen non Auctoris, sed Scripti, observarunt Scaliger, Salmasius, Fabricius, &c. In quo de gemmarum, plantarum, & animalium virtute magicâ agitur. Græcè extat MS. eodem nomine inscriptum in Biblioth. Regia n. 3482. Parisiis asservatum, omnino ab isto diversum. Vid. Fabr. Bibl. Gr. Tom. I. pag. 63.

De Thea tractatus. *London.* 1682. Anglicè. Lin. bibl. bot. p. 44.

De la guérison des fièvres par le Quinquina. *Ext. in Act. Erud. an.* 1682. p. 76.

Tractatus novi de potu Caphé, de Chinensium Thé, & de Chocolata. *Parisiis, ap. Petr. Muguet* 1685. in 12.

Traité des qualités du Quinquina par P. M. M. *Amsterdam. Theodore Lakker* 1687. in 12.

Riflessioni intorno alle radici della Salsapariglia paragonate con la Smilace aspera volgare. *Bologna. Peri.* 1689. in 4. cum. iconib. 3.

De radice Brasiliensi Thesis habita *Parisiis* an. 1690.

De natura aquæ, vini, & cerevisiæ, auctore I. S. *Hamburgi*, 1690. in 8.

A book of vertues and use of the balm of Chili. *London* 1698.

De virtute purgativa falsò tributa Tithymalo Hybernico vulgò *Makinboy* dicto. *Phil. Transf.* n. 243.

Le bon usage du Tabac en poudre, les differentes manieres de le préparer & de le parfumer. *Paris Quinet* 1700. in 12.

Journal des Sçavans, Anno 1700.

Observation sur une espece de rosée ou manne qui tombe au Printems des feuilles des Orangers. *Mem. de l'Acad. des Scien.* an. 1708. Hist. p. 69.

Venus rebutee, das ist, Ruhm des Tobacks, nebst ein discours von Tobaks decoro, und der so genandte Tobacks freiheit. *Cölln* 1722. in 8.

Index materiæ medicæ, or a Catalogue of simple medicines, that are to be used in the practice of Physick, and Surgery. To which are added two tables of the simples medecines, and their principal vertues. *London, George Strahan.* 1724. in 4.

Réflexions sur l'usage de l'Opium, des calmens, & des narcotiques, pour la guérison des maladies. *Paris Guill. Cavelier* 1726. in 12.

Thee tafel die kleine medicinische bericht von dem sieben fachen bewährten kräuter thee. *Hamburg* 1732. in 8.

Finis secundæ Partis.

BIBLIOTHECÆ

B O T A N I C Æ

P A R S   T E R T I A,

LIBRORUM INDICEM DE RE RUSTICA,
ET DE HORTORUM CULTURA,
CONTINENS.

PRAEFATIO.

AD ultimam hujus Bibliothecæ partem tandem deveni, ad Auctores scilicet, & Libros qui de re rustica, & de hortorum cultura tractant. Hos qui recensuerit vix habemus, nam si ex antiquis Varronem, & Columellam exceperis, qui Græcos enumerarunt, ceteri ut Plinius, Athenæus, & Geoponicorum auctor de uno tantum aut altero mentionem sparsim fecerunt. Ex recentioribus Fulvius Ursinus in collatione Græcorum scriptorum cum Virgilio indicem quemdam confecit. Tum Joachimus Camerarius Joachimi filius tam ex deperditis quam extantibus catalogum adornavit, ordine alphabetico Græcos recensens, inde Latinos & Arabes, ac recentiores quoque usque ad annum 1577. Sed multorum opera retulit quæ ad Botanicam potius quam ad Agriculturam pertinent, quædam etiam quæ ad neutram spectant. Integrum, aptumque catalogum, nemo quod sciam, concinnavit. Antequam ingredior, de Agriculturæ origine, ac progressu verba facere opportunum puto.

Agricultura, hoc est ars quæ terræ culturam docet fructuum percipiendorum causa, ab ipsis Mundi incunabulis originem ducit. Cain agros colebat, ac *fuit agricola*, & *terram etiam arare primus excogitavit*. Scriptores tamen Romani, & Græci literis prodidere, non nisi longo intervallo post prima exordia rerum hominibus notam fuisse. Primi siquidem parentes, ex eorum placito, pecuariam exercebant, lacte & agrestibus fructibus vitam sustentantes, atque hæc rustica munera omnium copiarum loco habentes. *Cum homines*, inquit Varro, *pastoriciam vitam agerent, neque scirent etiam arare terram, aut serere arbores, aut putare* . . . . . *ab his inferiore gradu ætatis susceptam agriculturam*. Vivebant nimirum

Gen. IV. 2.

 homi-

Var. l. 2. c. 1.

homines ex iis rebus quæ inviolata ultro ferebat terra, *ut ex arboribus ac virgultis decerpendo glandem, arbutum mora, pomaque colligerent ad usum.* Si fictionibus Poetarum credere velimus, herba viridi, ante glandis usum, vescebantur.

Ovid. Fast. l. 4.

Panis erant primis virides mortalibus herbæ,
Quas tellus nullo sollicitante dabat.

Var. l. 2. c. 1.

Priscos ergo Terræ incolas pastoriciam vitam egisse neminem latet, ex usque *illustrissimus quisque pastor erat.* Talem autem vetustissimis Græciæ populis morem fuisse, narrabat Dicæarchus in opere deperdito de *prisco ritu vivendi Græcorum*, illumve continuasse usque quod à Cerere usum frumenti didicissent.

Diod. l. 1. [illegible]

Aegyptii, qui se antiquiores Terræ populos, & à Diis progenitos contendebant, Isidem tamquam tritici & hordei inventricem venerabantur, eamque hominibus monstrasse frumentum, quod antea neglectum & in agris, ut aliæ herbæ, nascebatur, itemque Osiridem frugum culturam solerter excogitasse, profitebantur. Hic, quem Diodorus φιλογεωργὸν nuncupat, Nysæ in Arabia educatus, illos arare terram primum edocuit, quo beneficio ducti, eum inter Deos retulerunt. Sic de illo Tibullus:

Eleg. 7.

Primus aratra manu solerti fecit Osiris,
Et teneram ferro sollicitavit humum &c.
Primus inexpertæ commisit semina terræ &c.

Diod. [illegible] &c.

Idem quoque prope eamdem urbem Vitem invenit, & cum hujus etiam fructus culturam animadvertisset, primus vino usus est, ut cecinit idem Poeta:

Hic docuit teneram palis adjungere vitem,
Hic viridem dura cedere falce comam.

Græcis Cererem monstrasse sulcis committere semina, vetus & antiqua traditio est. Poeta quidam Musæi nomine a Pausania citatus, scripserat illos huic Deæ eo devinctos esse

in Attic.

bene-

beneficio. In Marmore Oxoniensi pluribus epochis nobili, cujus fragmentum hodie superest, affirmat Seldenus legisse, Rege Erechtheo Athenis regnante, anno XV imperii sui, id est ante Christum an. 1409. *Cererem Athenas venisse, frugesque plantasse.* Si tamen Diodoro fidem habeamus, hunc Cereris adventum memoranti, nihil aliud fuisse prædicabimus, nisi magnam frumenti copiam quam Erechtheus ex Aegypto Athenas advexit, cum magna penuries frugum ibi orta esset. Athenienses tanti beneficii memores hunc sibi Regem elegerunt, qui deinde Cereris cultum Athenis instituit. Ovidius agricolationis inventum eidem Deæ tribuit.

Prima Ceres, homine ad meliora alimenta vocato,
Mutavit glandes utiliore cibo &c.
Illa jugo tauros collum præbere coegit
Tunc primum soles eruta vidit humus

Attamen nonnulli Auctores, aratri inventum Cereri denegantes, Atheniensem quemdam Buzygem vel Triptolemum nominatum, verum inventorem fuisse tradunt. *Bovem & aratrum*, inquit Plinius, *invenit Buzyges Atheniensis, ut alii dicunt, Triptolemus.* Harduinus in hunc locum annotavit, illum eumdem esse cum Hercule, sive Epimenide, testibus Suida & Hesychio. In eodem Marmoris Oxoniensis fragmento scriptum fuisse traditur, *Triptolemum Neæræ & Celei filium, regnante Athenis Erechtheo, seminasse in Raria, quæ dicta est Eleusine.* Ῥάριον non Ῥαρίαν agrum istum nominat Auctor magni Etymologici. Hunc Triptolemum finxere Poetæ curru a serpentibus alatis vectum fuisse, & sic frumenta Græciæ populis distribuisse. Humphridus *Prideaux* ad hunc locum ait, Triptolemum ab Erechtheo frumenta accepisse, deinde illa in agris Rariis seminasse, & ut ad varios Græciæ populos comportarentur, longa navi, in cujus prora pennati serpentes depicti erant, ad urbes accessisse. Eusebii auctoritate nititur ex fide Scaligeri. *Eleusine Celeo regnante, contigit Triptolemo, quem Philochorus ait* [illegible] *frumenta, & ob id* [illegible] *serpentibus pennatus fuerit, & est figura quæ possit recipi.* Regem Arcadem

dem Callistem Triptolemus hujus inventi participem fecit; qui illud Arcadiæ populis communicavit, panisque conficiendi modum illis monstravit. Pub. Virgilius Maro, qui haud dubie varia hujusce inventoris nomina apprime callebat, nomen tamen illius siluit, dimidioque versu solummodo designavit.

uncique puer monstrator aratri.

ad quem locum Servius notat, *non unum aratrum in toto orbe monstrasse, sed diversos in diversis locis.*

Bacchi Orgiis a Cecrope ex Ægypto in Græciam translatis, vineta Athenis exculta sunt. *Eumolpum Atheniensem culturas vitium & arborum* primum instituisse refert Plinius, oleamque in eadem urbe primo cultam fuisse. Minervæ muneri tribuunt poetæ:

L. 7. c. 56.

- - - - - *Oleæque Minerva*
Inventrix.

Virg. Georg. L. 1.

Oleum *Aristæus Atheniensis invenit.* Ceteræ arbores ibidem excultæ sunt. Ficus, teste Æliano, ex Athenis originem ducit; & ex regnis vicinis, aliisque regionibus arbores fructiferas omnes sibi indigenas Athenienses fecere. Ex Creta insula Cydonea mala advecta, ex Sardibus castaneæ, quæ primum ibi provenerant, patriumque nomen illis imposuere, *Sardianos balanos*. Nuces è Perside à regibus translatæ sunt; Persica quoque ab eodem regno advecta; ex Ponto nuces, quæ ob id Ponticæ vocantur, denique ex Media malus, quæ Medica patriæ nomine vocata est.

Plin. L. 7. c. 56. Var. hist. L. 3. c. 38. Plin. l. 15. c. 11. Ibid. c. 23. c. 22. c. 13. c. 14.

Græcia tandem à Romanis subacta, fruges & Arbores Græcorum in Italiam usque pervenere. Fenestella referente Plinio scripserat: *oleam omnino non fuisse in Italia, Hispania, & Africa Tarquinii ætate.* Brevi postea nativæ factæ sunt, nam idem Auctor narrat illarum fructus causam dedisse Gallis superfundendi se Italiæ. *Produnt Alpibus coercitas, & tum inexsuperabili munimento, Gallias hanc primum habuisse causam superfundendi se Italiæ, quod Helico ex Helvetiis civis earum, fabrilem ob artem Romæ commoratus, ficum siccam, & uvam,*

L. 15. c. 1. L. 12. c. 1.

[illegible], *ubique ac visu praemissa remeans secum tulisset. Quapropter haec vel bello quaesisse verum sit.* An Amygdala fuerit in Italia Catonis tempore dubitatur, & ex eo quod ab illo non memoretur, nondum in hanc regionem advectam fuisse suspicio est Plinius: *Haec arbor an fuerit in Italia Catonis tempore dubitatur.* Cerasus ante annum DCLXXX nondum nota erat. *Cerasi ante victoriam Mithridaticam L. Luculli non fuere in Italia. Ad Urbis annum DCLXXX is primum vexit e Ponto, annisque CXX trans Oceanum in Britanniam usque pervenere.* L. Vitellius Censor, qui Tiberio imperante, Syriae praeerat, Pistacia *in Italiam primum intulit, eodem tempore in Hispaniam Flaccus Pompeius Eques Romanus*: Sext. Papinius, novissimus D. Augusti temporibus, *Zizypham* ex Syria, & Tuberes ex Africa in Italiam attulit. Hae tamen in Italia non omnino peregrinae erant, cum in agro Veronensi Plinii aetate nascerentur, ibique mala hujusce Arboris *Lanata* vocarentur. Harum *duo sunt genera: candidum, & a colore sericum dictum*, id est rutilum: nisi tamen Plinius de Tuberibus dixerit quae de Zizyphis dicenda erant. Nam Columella Zizypham album & rutilam facit, *ergo duo genera Zizypharum*, inquit Salmasius, *quod perperam ad Tuberes transfudit Plinius.* Circa Idus Martias post Armeniaca florebant, & ad velociorem maturitatem arte aliquando cogebantur: *Ab iis (Amygdalis) proxime florent Armeniaca, dein Tuberes, & praecoces, illae peregrinae, hae coactae.* Ex eoque tempore florendi arguitur non eas esse *Nucipersicas*, quas Galli *Pesches noix* vocant, ut putat Harduinus, nam hae cum a Persica in Juglandem insita natae credantur, tardius florent, & in extrema Aestate solummodo maturescunt, falluntque eos qui pro talibus illas habent Salmasius annotaverat. Ad Lotum Theophrasti illas idem retulit: *Immo tuberum arbor sive Zizyphus rutila, non alia est quam Lotus lotophagorum*, sed obscurum per obscurius explicat: nam quaenam sit haec Lotus inter Botanicos acerrime disputatur. *Lotus arbor fructu Cerasi* J. Bauh. I. 229. in agro Veronensi ubique fere provenit, e rimis petrarum sponte nonnunquam nascens, de hac tamen non loquitur Plinius, cum illius fructus qui circa Idus Septembres maturantur gulae non serviant, nec lautiores Imperatorum mensae his instruerentur. Ex Suetonio enim deducimus ad diem XV. Kal. Octobr. Domitia-

mitiano pridie quam occideretur oblatos fuisse: *Pridie quam periret cum oblatos tuberes servari jussit in crastinum, adjecit, si modo uti licuerit.* In pluribus Italiæ locis illo tempore jam fatæ erant, & præsertim Nomenti, ut Martialis tradidit:

L. 13. Epigr. 42.

Non tibi de Lybicis Tuberes, & Apyrina ramis,
De Nomentanis sed damus arboribus.

Neque etiam illam esse Azedarach Dodonæi, ut nonnulli putant, cum hæc arbor etsi fructus lanugine obductos habeat, venenosos esse neminem latet, ex locisque citatis clarissimè patet de malis ad esum aptis loqui omnes auctores. Porro Azedarach nullibi sponte nascentem in agro Veronensi inveni, sed variis in hortis colitur & viget. Quantum vero floruerit Plinii ævo arborum cultura ex uno aut altero exemplo melius patebit. Hic de emplastratione loquens dicit, se vidisse *insitam juxta Tiburtes Tiliam, omni genere pomorum onustam, alio ramo nucibus, alio baccis, aliunde vite, ficis, pyris, punicis, malorumque generibus, sed huic brevis fuit vita.* Et alibi nullum pomum novum diu jam inveniri. *Quippe cum Virgilius insitam nucibus arbutum, malis platanum, cerasis ulmum dicat, nec quicquam amplius excogitari potest. Nullum certe pomum novum diu jam invenitur.*

Hispaniis, Galliisque devictis, illarum populi nonnullos fructus frugesque a victoribus acceperunt ita ut quos ex Græcia in Italiam Romani devexerant, Galli & Hispani in suas regiones intulerint. Narbonensis Provincia, quæ Italia potius quam Provincia dicebatur, prima sibi arbores Italas indigenas fecit, posteaque ceteris Galliis forsitan communicavit. *Quis enim*, inquit Plinius, *non communicato orbe terrarum, majestate Romani Imperii, profecisse vitam putet, commercio rerum ac societate festa pacis, omniaque etiam quæ occulta ante fuerant in promiscuo usu facta?*

Nulla planta magis in pretio habita est, nullique major honos, quam Viti fuit, omni fere ævo, omnique regione, cui cœli clementia favebat, cultam esse invenimus. nusquam tamen gentium tanta reperiebatur ubertas vini quanta in Italia, quo in solo fertili, & sub cœlo miti, nobiliora vina, læto proventu proveniunt. *Cum nobilia vinorum genera in toto orbe alias intelligi possent* LXXX. duas partes ex hoc numero Ita-

Italia habebat. Sub Imperatore Domitiano adeo vineta in Italia & in Asia excreverunt, ut *ad summam quandam ubertatem vini, frumenti vero inopiam, existimans nimio vinearum studio negligi arva, edixit ne quis in Italia novellaret, utque in Provinciis vineta succiderentur, relicta, ubi plurimum, dimidia parte.* Eusebius tradit prohibuisse solummodo vites in urbibus seri, sed hujus sermo cum aliis auctoribus de hac lege mentionem facientibus nequaquam congruit. Scaliger in notis bis fatetur se hunc locum non intelligere, & illum debuisse dicere ἐν τοῖς ἀγροῖς, & non ἐν ταῖς πόλεσι. Philostratus ejusdem legis causam aliam in Asia fuisse prodidit, *cum ei non esse bibendum Imperatori placuisset, quin etiam quæ plantatæ erant evellendas esse, neque in posterum de vitibus quidquam esse plantandum statuisset, quod in vino seditionem agitare Asiatici visi fuerunt.* Hinc patet Domitianum præcepisse, ut omnia vineta in Asia succiderentur, non ita relicta dimidia parte, ut in ceteris Provinciis. Id etiam patet ex alio loco ejusdem Auctoris. *Per ea tempora Domitianus legem tulerat ne quis ulterius plantare vites auderet, & quæ jus tempore plantata fuissent jubebat amputari.* Sed tamen Imperator rem exequi non perseveravit, ut mox videbimus. Apollonius Tyaneus, qui tum ad Jones venerat, cum audisset hujus legis promulgationem, *hæc,* inquit, *præcepta ad me non attinent, soli enim fortassis hominum omnium, neque indigeo vino, neque vino utor.* Asiatici varios legatos ad Imperatorem miserunt, & præsertim Jones ut vacationem legis ab ipso peterent. Scopelianus sophista omnium Asiaticorum nomine legationem postea suscepit, & hoc munus sibi demandatum *ita ex superabundantia legationis executus est, ut rediret non solum hoc impetrato quod vites plantare liceret, sed ut mulcta quoque non plantantibus imponeretur.*

Ad edictum de excidendis vineis abrogandum non alia magis re Imperator compulsus creditur, quam quod libelli in urbe sparsi fuerant, quibus mortem sibi prænuntiari suspicabatur. Priscum Eveni epigramma, quo Poeta caprum vitem rodentem commonebat, sat adhuc superesse vini ad libandum, cum staret ad aram, licet totam vitem eroderet, Domitiano aptatum fuit, qui timore perterritus, nescio quid sibi præsagiens mali in proposito non perseveravit. En Eveni epigramma.

[illegible]

quod sic Ovidius antea verterat

Rode caper vitem, tamen hinc cum stabis ad aram,
In tua quod spargi cornua possit, erit.

Sublatis vocibus [illegible], [illegible] vero substitutis in libellis illud retulerunt, & res adeo feliciter successit, ut hoc epigrammate vites servatae sint, prohibitumque ne Imperator *hominibus parcens terram coquebant faceret*. An edictum illud in Provinciam executum fuerit ignoratur. Doctus tamen Scriptor executioni mandatum fuisse tradidit, & in Occidente usque ad Probi tempora observatum fuisse: cum hic Imperator *Gallis omnibus, & Hispanis ac Britannis* (leg. *Pannoniis* monente Casaubono) *hoc permisit ut vites haberent, vinumque conficerent*. Hunc Aur. Victor *Hannibalem alterum* nuncupat, eo quod sicut ille Africam oleis repleverat, hic eodem modo *Galliam, Pannonias[illegible], & Mæsorum colles, vinetis repleverit*. Almam quoque montem in Illyrico circa Sirmium *militari manu fossum lecta vite conseruit*, & vineam *provincialibus colendam dedit*.

Multa equidem de Agricultura Græci scripserant volumina, quorum vix unum aut alterum superest, nam ex operibus L. auctorum a Varrone, Plinio, & Columella recensitorum, perpauca ad nos usque pervenerunt. Hesiodus Homeri contemporaneus *princeps omnium*, inquit Plinius, *de agricultura præcepit* ... *Præceptaque agricultus ponderet versus ei*. Opus ejus [illegible] vocatum, Doctorum Virorum consensu prorsus interiit. Quod nunc præ manibus habemus eodem titulo insignitum, Oeconomicum est, de eoque Tzetzes Scholiastes ejus annotavit non tam agricolationis præcepta tradere voluisse, quam Persem fratrem suum, ab otio voluptatumque illecebris avertere, & ad oeconomicam curam traducere. Aristoteles & Xenophon, ille prior, hic posterior, Oeconomicorum libros composuere, qui etiamnum extant; sed versio Xenophontea, quam Cicero ex ephebis excedens ediderat, periit. De plantis duos etiam libros scripserat Aristoteles, qui non supersunt, cum illi qui inter opera sua prioribus seculis referebantur, nunc pro spuriis ab omnibus habeantur. A Musuro,
vel

vel à Lascari, annotante Fabricio, vel ut Simoni Grynæo visum, a Theodoro Gaza, vel potius a Maximo Planude ut suspicatur Scaliger, Græce translati sunt e Latino Gaza nescio cujus, qui ex Arabico illos transtulerat, quæ versio ex alia Latina priore fuerat concinnata. Theophrastes Eresius, Aristotelis discipulus anno U. C. CCCCXL. libros X. de historia plantarum, & libros VI. de earum causis scripsit. Opus aliud præ manibus habemus, sed *hi libri*, inquit Varro, *non tam idonei iis qui agrum colere volunt, quam qui scholas Philosophorum.* Novissimum denique opus quod nunc extat, est Collectio librorum Geoponicorum Cassiano Basso auctore, non vero Constantino Cæsare, etsi sæpius typis mandati sint hujusce nomen præferentes: sed ætas & patria illius Scriptoris ignorantur, quamvis ipsemet dicat se fecisse rem de qua loquitur in pago Maratonimo, ex quo originem ducit. Nullum aliud de Oeconomicis & Agricultura ex Græcorum scriptis opus superest, si fragmenta quædam unius aut alterius auctoris excipias.

Ad Romanos nunc deveniam. M. Cato primus omnium an. ante Christ. CL. scripsit ad filium suum de Agricultura librum, qui mutilus est, pauca in principio, sed fortasse multa in fine desiderantur. De fundi qualitate, villæ situ, villici officio, ejusque familiæ multis præceptis illum erudivit, de olearum vitiumque cultura in primis tractavit, ita ut liber memorialis rei rusticæ magis quam de universa agricultura opus existimetur. Luxatio quæ in quibusdam locis videtur reperiri, nos facile in suspicionem inducit, quædam turbata & confusa esse, v. g. de villici officio sermonem facit n. 5. & 142. capite proximo de lustratione agri, deinde de lectione olivarum, cap. 70 & 103 boum medicinas docet, ab illo, capite ad alterum multa alia præcipit, quæ ad hæc animalia non attinent, & sic in aliis locis. Quæ duo Saserna, & Scrofa Tremelius, Catone posteriores olim fecerant opera jam perierunt, nec ullum superstat fragmentum. De illis Columella: *Post Catonem duos Sasernas patrem & filium qui agriculturam diligentius erudierunt, ac deinde Scrofam Tremelium qui eam eloquentem reddidit.* M. Terentius Varro senio jam confectus octogesimum primum vitæ annum agens, opus doctissimum de agricultura edidit, quod nunc extat, & inter opti-

mos agricolationis libros reponitur. In tres partes divisum est; de cultura agri, cura pecorum, boum, armentorum, ceterorumque animalium pertractans. *Is agriculturam expolivit*, & inter bonos agricolas, bonosque colonos reputatus est, quâ laude virum bonum, hominemque frugi Romani designabant, amplissimeque laudare aliquem existimabant. Eodem fere tempore Pub. Virgilii Maronis liber Georgicorum prodiit, *agriculturamque versibus potentem fecit*. Hesiodum imitatus est ut ipse cecinit

Ascraeumque cano Romana per oppida carmen.

Plura de his superfluum esset omnino adjicere cum hi libri omnibus noti sint, & ab omnibus terantur. Heic porro annotabo agricolas diligenti speculatione Coelum olim spectasse, cum & Solis & astrorum cursum, stellarum ortum & obitum, variaque signa noscerent, quae illis erant norma rusticorum operum. Plinius tamen illos irridet, nec id quidquam adjuvare putat. *Cur Caelum intueris, agricola?* &c. *Cur Caelum quaeris, rustice?* Certiora signa ex quibusdam herbis potiusquam ex coelestibus observationibus illis promittit. *Ecce tibi inter herbas spargo peculiares stellas.* Julii Hygini libri de Agricultura, & cura apum, illi, quos Mago Carthaginensis lingua Punica scripserat, in Graecum sermonem a Dionysio Uticensi versi, & in compendium a Diophane Nicaeo Bithyniensi redacti, alii quinque Cornelii Celsi de Vite, & illi tandem quos Julius Atticus scripserat, perierunt omnes, nobisque tempus edax omnes eripuit. L. Jun. Moderatus Columella sub Imp. Claudio libros XII. de agricultura composuit. Libro X. carminibus exarato Virgilii Georgica supplevit, hortique culturam quam ille omiserat tradidit: & ut ait Cassiodorus Div. lit. c. 28. *per diversas agriculturae species eloquens ac facundus illabitur, disertus potius quam imperitis accommodus, ut operis ejus studiosi non solum communi fructu, sed etiam gratissimis epulis expleantur.* Rem omnem rusticam primum tribus aut quatuor libris, ut putatur, complexus est, in quorum numero erat XIII. de arboribus, sive de surculis, qui ex Aldi, Matthiae Gesneri, Juliique Pontederae sententia solummodo superest, & in finem operis vulgo rejicitur. Hos deinde Columella suppressit, & novum opus libris XII. de re rustica confecit.
Sed

Sed eorum opinio non satis validis nititur argumentis, ut hunc librum XIII pro legitimo habeam, cum nihil aliud esse videatur quam compendium ex libris 3, 4 & 5 hujus scriptoris, ab auctore nescio quo in unum redactis, in quo multa ridicula continentur, quæ Columellam haudquaquam sapiunt. Talia sunt: *ut feræ aut volucres vitem non lædant, ut mala Punica in arbore non putrescant* &c. C. Plinius sub Imp. Vespasiano in libros XVII & XVIII nat. hist. quædam de agricultura retulit, sed, ut ita dicam, hic diligens Scriptor non data opera, sed occasione tantummodo arripuit, & ut de omnibus quæ ad historiam naturæ pertinent tractaret. Ultimus denique qui hanc provinciam suscepit Palladius Rutilius Taurus Aemilianus annumeratur, qui libris XIII varios in agro labores unoquoque mense faciendos descripsit, & docuit, & libro XIIII artem inserendi explicavit. Hæc sunt omnia opera quæ de agricultura, fragmentis quibusdam exceptis, ad nostra usque tempora pervenere. Hæc scientia in infima ætate, ubique [illegible], nullum auctorem sibi vindicat, nec per tria secula [illegible] venitur qui agricolationis præcepta denuo pandere [illegible].

Postquam humaniorum literarum amor mortalium pectora longo post intervallo incendere cœpit, id est seculo XIV, quo tandem excussa barbarie, studia iterum culta fuere, primum de agricultura opus fuit illud Petri Crescentii Bononiensis, nobili loco, & doctrina clari. Hic libros scripsit duodecim de universa agricolatione, de animalibus, & supplementis quæ sanis corporibus agricultura præstare potest. Annum LXX agens librum ad umbilicum perduxit, multaque in eo præcepta retulit, quæ in villa sua S. Nicolai de Villula instituerat. Jussu Caroli Andegavensis Siciliæ Regis illum Latina lingua composuit. Prima editio typis mandata fuit Lovanii anno 1474 cum titulo *Opus ruralium commodorum Libri XII.* Caillerus, Mettairius, Ovidiusque Montalbanus, anno 1471 prodiisse tradiderunt: nullus vero horum trium se librum vidisse profitetur. Caillerique auctoritate fretus, qui male titulum transcripsit, Mettairius eum retulit, sed illud quod vidimus exemplar in Bibliotheca Mazarinea Parisiis asservatum anni 1474 notam præfert. Quidam scriptores Itali contenderunt hunc Italico sermone scripsisse, & præsertim Bembus, qui talia verba protulit. *Furono molti Prosatori . . . . . . che non fan*

da

da sprezzare, molto meno Pietro Crescenzo Bolognese . . . . . del quale 12 libri delle bisogne del contado in volgar Fiorentino scritti per mano si tengono, & Ovidius Montalbanus *atque eo nono Italico idiomate aliud idem composuit, hoc est vulgari, non vulgari amplius sermone.* Castelvetrus tamen in notis ad Bembum, dicit illum in errorem inductum esse, seque illum monuisse antequam moreretur, & postea *Adunque Pietro Crescenzo scrisse i suoi libri di Agricoltura in Latino, e furono traslati senza dubbio da alcun Toscano, nel tempo del Boccaccio, o poco prima*; pluribusque auctoritatibus sententiam suam confirmat. Josephus Bianchinus Medicinæ Doctor Florentinus, in præfatione libri Petri Victorii *de Olearum cultura*, tradidit Bembum putavisse Joannem Villanum historicum hocce Crescentii opus descripsisse. *E in primo luogo*, inquit, *io rammemoro il Volgarizzamento del libro de gli affari della villa, e de lavori della terra, scritto in Latino da M. Piero de Crescenzi Bolognese, e poi secondo che giudica il Card. Pietro Bembo tradotto in tersissima lingua Toscana da Gio. Villani l'Istorico.* Sed ne unum quidem verbum de his Bembus facit in duobus locis quibus Crescentii opus memorat. Latino sermone procul omni dubio scripsit, nomen illius qui antiquam versionem fecit omnino ignoratur. Prima hujus editio prodiit Florentiæ anno 1478. Franciscus Sansovinus anno 1561 eam emendavit, rudesque figuras plantarum & animalium addidit. Sebastianus de Rossi an. 1605 alteram in lucem emisit, quæ correctione undique characteribus alias longe superat. Hic liber styli puritate inter auctores elegantioris sermonis Italici relatus passim in Lexicis Italicarum dictionum citatur, & *Libro de lingua* nuncupatur, idest cujus dictiones, & vocabula inter probata computantur. Caroli V Gallarum Regis jussu in linguam Gallicam versus prodiit Parisiis anno 1486, annoque 1518 Germanico idiomate Argentinæ. De ceteris editionibus in Catalogo.

Seculo XV exeunte, ineunteque proximo plures de agricultura libros edidere Itali. Georgii Merulæ, & Julii Pomponii Fortunati curis Catonis opera prodiere. Codrus Grammaticus Bononiensis notis Palladium illustravit, Nic. Angelius voces difficiliores auctorum de re rustica explicavit. In Gallia Carolus Stephanus insignis bibliopola Parisiensis an. 1535 arborum,

horum, florum, fructuum, plantarum, omniumque rerum ad hortorum culturam spectantium nomina ex antiquis auctoribus collecta in unum redegit, lexiconque ex eis composuit, ac postea varias a̅ modulum partes eadem methodo aggressus est. Non enim libros sex compilavit, ut [illegible] Castellanus sed opuscula XIV. quae Joannes [illegible] Gallicè [illegible] descripsit, & in sex libros partitus est, de hac re, ut [illegible] loquitur Montalbanus. Antonius Venetus anno 15[illegible] [illegible] de agricultura composuit. Robertus Britannus Atrebatensis ejusdem encomium eodem tempore promulgavit. Ludovicus Alamannus Florentiae natus anno 1522. [illegible] Praefectum Julium Medicaeum [illegible] Pont. Max. Clementem VII. cum conspirasset, ut [illegible] evitaret, Venetias se contulit, & mox in Gallias, [illegible] quaerens, Franciscum I. adiit, qui tum studiis & humanioribus artibus favens, cultores accersebat, sibique beneficiis & amore devinciebat. Hic cum jam tam notus esset Regi, illi carus [illegible], lauteque ab eo remuneratus, munificentiam suam, quoad vixerit, saepe expertus est. Domesticarum rerum Catharinae Gallorum Reginae praefectus ac dispensator extitit. Diem supremum obiit Ambaciae anno 1556. Dum vitam in Galliis ageret, concinnum, & elegantissimum [illegible] versibus Poema de agrorum cultu exaravit, & Francisco I. dicavit, qui [illegible] versibus mire delectabatur, *[illegible] naturam imitatus [illegible], adhibita [illegible] [illegible], mirum est [illegible] [illegible], quo in cultu agrorum ita utitur [illegible] veterum auctores non requirant.* [illegible]

Si omnia agriculturae opera quae in [illegible] saeculo impressa sunt hic referenda forent, nimis longum esset dicere: praecipua ergo hic recensebimus, de ceteris in Catalogis, Indicibusque Chronologicis dicam. Anonymus Auctor Anno 154[illegible] primus de hac scientia librum lingua Gallica compositum typis mandavit, scilicet *La bon Mesnager qui traite du labour des champs, vignes, & jardins &c.* Decennio post Aurelianus *de [illegible]* methodum colendi vitem ab antiquis depromptam explicavit, eamque Gallico aperuit. Eodem fere tempore Antonius *Fitzherbert* librum de agri cultura Anglico sermone primus edidit. Petrus Belonius Cenomanus ex vico *Oisay* vel *Foullétourte* oriundus de *Neglecta stirpium cultura* opus fecit, sed cum Romae mortuus esset anno 1555. typis tantum mandatum

 fuit

fuit anno tertio ab ejus excessu: deinde à Clusio in Latinum versum cum *Emenda* hujusce auctoris impressum est. Nicolaus *du Mesnil*, & Antonius Mizaldus Montislucensis de horti cultura scripserunt. Hic Medicinas ex fructibus parare docuit, arborum insertionem monstravit, primusque plantarum anatomiam instituit. Benedictus Curtius Sanfymphorianus Canonicus Lugdunensis de hortis libros XXX anno 1560. typis mandavit, in iis præsertim de arboribus sermonem fecit, veterumque descriptiones explicans, novis observationibus eleganti ori dictione illas illustravit. In Italia Joannes Tattius Lucensis de Prædii rusticis operibus libros V composuit. Marcus Augustinus Gallus libros X. mox duplo auctiores de eadem re in lucem emisit. Camillus Tarellus Leonatensis libellum memorialem de illa quoque scripsit. Prudentius *de Choiselat* Gallus anno 1569. proficuum excogitavit inventum, quo quis possit ex 500 libris Gallicæ monetæ semel impensis, annuos fructus totidem summæ de gallinarum proventu percipere, sed nescio quo fato experimentum rebus œconomicis utilissimum a nemine forsan expertum fuerit, penitusque hodie e memoria hominum exoleverit. Petrus Victorius Florentinus linguæ Græcæ Professor anno 1543. Auctores de re rustica illustravit. Is scientiâ & doctrina clarus magnam sibi famam comparavit, notis & commentariis in Hypparchum, Clementem Alexandrinum, Demetriumque Phalereum. Opus Italico sermone de Olearum cultura anno 1569. & quinquennio post auctius edidit, styli, dictionisque puritate, & elegantiâ commendandum.

Omnia de agricolatione opera per annos centum exarata descripsi, scilicet ab anno 1474, & ab his, ni fallor, cetera derivantur, & originem ducunt. Posteriori seculo nova in dies prodierunt opera, quod unusquisque experiebatur amore famæ ductus in lucem emmittebat, parum solicitus an antiquior aliquis eadem præcepta tradidisset. Nimis iterum longum esset, si de omnibus adamussim agere vellem; præcipua ergo opera & celebriora percurram. Theodorus Zwingerus Helvetus, Philibertus Hegemonius Catalaunensis Gallus, Gabriel Alphonsus ab Herrera, Jacobus Gutierez Hispani, & Joannes Maria Bonardus Italus, varia de agricultura sub fine seculi XVI. composuerunt opera. Thomas Hyllus Anglus,

Gre-

Gregorius *de los Rios* Hispanus de cultura horti, & de Vite Joannes Victor Soderinus & Bernardus Davanzatus Itali scripsere. Seculo proximo CXXX & amplius opera ejusdem argumenti impressa sunt. Ideo initio Clerus Gallicanus uberiorem proventum ex Bombycibus capere desiderans, Moros per totam fere Galliam ex Regis placito plantari jussit, & Bonignus a Rege, Claudius Mouletus, Jacobus Chabotius, & Joannes Vekenius, hac cura suscepta anno 16[illegible]5 librum de hac re promulgarunt. Mox in Anglicam linguam versus est à Nicolao *Geffe*, qui Anglicum solum aeque ac Gallicum Moris proprium esse contendit, sed infausto forsan experimento didicerunt Angli hoc non esse sperandum, cum adhuc serica sua ex Italia, Galliaque sibi comparent. Paulus *[illegible]* Veronensis anno 1616 de *cultura Mori* librum quoque edidit. *Dobn Rathfesser* Misnicos colles ac potissimum Dresdenses vitibus aptos esse lingua Germanica comprobavit. Joannes *Worlidge* anno 1676 [illegible] de solo Anglico Britannos docuit. Samuel *Hartlib* eosdem populos methodum colendi terram in Germania inferiore usitatam docuit, resque adeo feliciter successit, ut illius regionis agricultores hos longe superarint, cum nulli inveniantur qui agros melius colant. Antiqua methodus stercorandi terram Plinii aetate servata adhuc ubi in usu est, scilicet spargendi per campos lapides quos *Marle* vocant. *Alia est ratio quam Britanniae & Galliae invenere ipsae, quod genus vocant Margam*, & deinde *lapis comminuitur in ipso campo, promisque omnis stipula deflagratur, creditur propter lapides*. Anno 1646 Joannes Baptista Ferrarius Soc. Jes. opus egregium cum iconibus apprime caelatis de malorum aureorum cultura publicavit. Ejusdem anno de cultura horti prodierat liber optimus. Ill. Vir *Pons Chateau de Cambout de Coeslins*, qui Portoregali curam horti habebat, Henovillani nomine de arborum & fruticum cultura librum doctissimum edidit. Abraham Cowleius Anglus, & Abraham Muntingius Batavus, ille versibus, hic prosa, hoc sibi onus imposuere. Tandem anno 1692 Joannes *de la Quintinie* hortorum Regis Ludovici XIV Praefectus, librum aureum, de horti & malorum aureorum cultura scripsit. Hoc opus suum nomen celebre fecit, methodus autem ubique fere usita, omnibus hortorum, arborum, & fruticum cultoribus grata & accepta fuit.

PAULUS, *Ægineta*, Medicus, qui praeclaros non-nullos libros Medicinales, teste Suida, Serapione, aliisque medicis ipsum saepe citantibus, composuit. Ejus sunt de re Medica (ubi multa de simplicibus reperiuntur) libri septem Graece Venetiis apud Aldum excusi 1528. in f. & Basileae apud Cratandrum 1538. in f. & apud Jo. Oporinum 1551. in f. Latine vero Basileae ap. Cratandrum 1538. in 4. Parisiis apud Simonem Colinaeum 1532. in f. Lugduni ap. Rovillium 1551. & 1567. in 8. cum Guintherii & Jani Cornarii annotationibus, & Scholiis Gemusaei, & Dalechampii. Basileae ap. Jo. Hervagium 1556. in f. Ejusdem item auctoris sunt Pharmaca simplicia, Othone Brunfelsio interprete, *Argentorati* ap. Georgium Ulricher Andlanum 1531. in 8. impr.

RUFUS, Ephesius Medicus, qui vixit sub Trajano Imperatore cum Critone, circa an. Christi 114. e cujus ingenio libri plurimi prodiere, inter quos de herbarum viribus 4. carmine hexametro conscriptos, quorum meminit Galenus, & quorum fragmenta Graeca Aldus cum Dioscoride Graece excudit. Ejusdem etiam de purgantibus Medicamentis liber est Graece impressus *Parisiis* ab Adriano Turnebo 1554. in 8. & ab Henrico Stephano cum aliis veteribus 1567. in fol. Ejusdem quoque Rufi medica aliquot specimina in Aetio inter [illegible] in Tetrabibl. [illegible] serm. [illegible] c. [illegible] & c. 153. 159. 165. & Tetrabibl. 3. serm. 1. c. 9. 13. 14. &c. ubique citatur a Serapione.

CLAUDIUS GALENUS, Pergamenus, magnus Hippocratis Commentator, qui floruit anno salutis humanae 143. inter innumera quae in arte medica utilissima composuit opera plurima impressa &c. numerantur sol. classe quinta de simplicium Medicamentorum facultatibus libri undecim, Theodorico Gerardo Gaudano interprete, cum Augustini Gadaldini emendatione, seorsim excusi Lugduni ap. Gulielmum Rovillium 1561. in 16. Item de Plantis Galeni, licet inter spuria observetur, liber Tomo [illegible] editionis fol. 120.

LUCIUS APULEIUS, Madaurensis, *Afer*, Philosophus Platonicus, qui studia liberalium Artium Athenis ardentissime prosecutus, mox Romae forensis patrocinia circa annum Domini 15[illegible] exercuit. Inter ejus admiranda multiplicis eruditionis argumenta, Philosophica semper, Mathematica, Moralisque, Poetica amoenitate referta, Medica quoque circa herbarum medicamina habentur. Impressa Basileae ap. Cratandrum 1528. in f. & Basileae ap. Henric. Petrum 1531. in 8. & Tiguri in 8. Item 1537. in 4. a Gabriele Humelbergio recognita, & emendata, cum notis. Venetiis demum ap. Aldum 1547. in fol. cum aliis antiquis Medicis f. 213. In ejus vero aureum vere librum de Asino aureo plurimi insudarunt praeclarissimi & doctissimi viri, inter quos Philippus Beroaldus Bonon. nomine eruditorum secundus Latine, Italice vero Pompeius Vizanus nobilis Historicus Bononiensis per ora perque ingenia virorum volitans, ille Venetiis impressus per Philippum Pincium 1510. in fol., hic Bononiae per Her. Jo. Rossi 1607. in 8.

NICOLAUS, Alexandrinus, Myrepsus quasi μυρεψὸς Unguentarius, qui

licet

ſumè alius eſt ac Nicol. Præpoſitus Galeno ferè contemporaneus, poſt ſcilicet tempora Adriani Imperatoris Medicus Græcus Medicamentarius, qui compoſuit librum de compoſitione medicamentorum particularium ſecundum genera, ſubſequentibus continuo lectus acceptiſſimus. Lucem poſt ea vidit è Nicolao Regio Calabro, & curaſſum [illegible] 1541 apud [illegible] 8. deinde Venetiis 1543 in 8. & 1560 in 4. ap. [illegible] cum Diſpenſatorio ad Aromatarios præcipue quod ſub nomine Nicolai Præpoſiti circumfertur [illegible] Lugduni ap. [illegible] 1558 in 4. & Pariſiis ap. [illegible] 1582 in 4. [illegible] manuſcriptum [illegible] & amplius [illegible] in pergameno [illegible] in [illegible] Muſeo [illegible] Ovidius Montalbanus Phil. & J. C. Bonon. ex quo ſumè [illegible] Scriptores, quamplures [illegible] medicorum [illegible] Diſpenſatoria, Antidotaria, Pharmacopœas in ſcriptis [illegible] & [illegible] partes, [illegible] & [illegible] quam Nicolai & Alex., & Myrepſi, & Præpoſiti ap. Medicos Auguſtanos, Bononienſes, Bergomenſes, Brixienſes, Cremonenſes, Ferrarienſes, Florentinos, Mantuanos, Mediolanenſes, Neſſenſes, Patavinos, Romanos, & Venetos, in eorum reſpectivis Antidotariis, nec non apud [illegible], Hollerium, [illegible], Rondeletium, [illegible], [illegible], Cordum, Fernelium, [illegible], [illegible] & in eorum [illegible] de medicamentorum compoſitione libris.

[illegible] Nardinus, Græcus [illegible] qui vixit ſub Imperatore Juliano anno Domini 360. Hic ſcripſit de [illegible] Pharmacorum [illegible] lib. 4. impreſſus Argentorati 1544 ap. Schottum, cum Tractatu. Scripſit item Collectaneorum Medicinalium libros 70. ſed ex eorundem librorum numero magno ſoli 17. libri ad noſtram pervenere notitiam, impreſſi Venetiis ap. Aldum, quos vertit in Latinum è græco [illegible], impreſſos Pariſiis 1555. in 8. [illegible] quamplurima [illegible].

Actuarius Joannes Græcus [illegible] vixit tempore Conſtantini Magni anno Chriſti 330. Auctor extant [illegible] de [illegible] quæ ad curandi artem pertinent, inter primos duos Tractatibus primus de [illegible] medicamentis tractat, cum ſcholiis [illegible] impreſſus Lugduni Sebaſtianus de Honoratis 1560. & [illegible] Parisiis 1535. 1542. 1567. à Joan. Cornario verſus.

LATINI VETERES EXTANTES.

Marcus Portius Cato, Tuſculanus patria, omnium bonarum artium Magiſter, multa elegantiſſima ſcripſit Hiſtorica, Politica, Oratoria, & Naturalia. Vixit ipſe Cato 183. anno ante Chriſtum natum, & ſub [illegible] temporibus [illegible] [illegible] Romæ. [illegible] [illegible] Catonis [illegible] teſtimonio, habetur [illegible] [illegible] de Georgicis & re Ruſtica Liber celeberrimus hodie quoque traditur, quem impreſſum videmus apud Sebaſt. Gryphium Lugduni 1549 in 8.

M. Te-

M. Terentius Varro, Linguæ Latinæ ut uti parens confalutatus, natus Romæ ante L. Pompeium Consulatum vel synchronus, vir omnium acutissimus ingenio, & absque controversia sui temporis doctissimus, ut in Academicis ait Cicero. Is Jussu Cæsaris positis Bibliothecis & Græcis & Latinis dispersas recuperavit, & proprio penu, & erudito calamo quicquid humanum ingenium capere potest perscrutatus. Ipse 41 libros Antiquitatum à diluvio Ogygis ad sua usque tempora digessit, item libros humanarum & divinarum rerum ad C. Jul. Cæs. Pont. M. ut refert Lactantius lib. 1 Div. Inst. dicatos. De scriptis item Tragœdiis, de Viris Illustribus, de Moribus, de Philosophia, Metropolitanis vel Tyrannorum, de Origine Linguæ Latinæ, de vita populi Romani, de Magno Tempore, de Actionibus scenicis, libros Augurum, de Admirandis, de Gradibus; Satyrarum, Orcoanimatorum, de Poesia, Hermenevtiorum, & alia plurima exaravit. Ejusdem vero de Lingua Latina, & de Verborum origine ad Ciceronem lib. iij. & de Analogia lib. iij. impressæ conspiciuntur cum Cornucopia Perotti [illegible]. Sed plus adhuc Pompeio [illegible] de modo habendi Senatum, cujus meminit [illegible] de Magistratibus Romanis c. 1. & A. Gellius lib. 14. c. [illegible]. Scripsit item alterum de sacris Ædibus, quorum meminit Georgius Fabricius c. 9. [illegible] Romæ. Anno demum ætatis suæ LXXX. accuratissimos scripsit de re rustica libros iij. ad Fundaniam C. Fundanii filiam uxorem suam, quos impressit Seb. Gryphius Lugd. 1549. in 8. Ejusdem quoque fragmenta aliquot videnda occurrunt, & citantur Geoponicis Constantino adscriptis, impressis Lipsiæ ap. Gr. 1541. in 8. de præcisis lib. 1. c. 11. & 47. & lib. 3. c. 1. & lib. 5. c. 39. & lib. 6. c. 9. & lib. 7. c. 11. & lib. 8. c. 32. 33. 34. 35. [illegible] & lib. 9. c. 13. 14. & lib. 11. c. 16. 17. 30. & lib. 14. c. 10. & lib. 17. c. 10. & lib. 19. c. 1. Obiit annum agens XC. sub Principe Augusto.

Cornelius Celsus, Romanus, medicinam libros octo Oratorio more conscripsit, qui sub primis Cæsaribus vixerat, tempore [illegible] quo lingua Latina maxime florebat. Rem rusticam amœnissimam eloquentissime reddidit, ex Plinio lib. 1. 8. 14. 15. 16. 25. & in quarto suo libro de re Medica varias facultates simplicium prosequens, impressis Basileæ ap. Henric. St. 1567. in f. & Lugd. ap. Tornæsium 1587. in 16.

Antonius Musa, Cæsaris Augusti Imp. Medicus, ex cujus copiosis medicis scriptis pauca certe supersunt, quæ ad nostra pervenere secula, opusculum de herba Vetonica, & ejus 47 remediis M. Agrippæ dicatum, est impress. Tiguri apud Froschoverum, cum Gabriele Humelbergio commentariis 1537. in 4. De Musa hoc nostro meminit [illegible] Galenus lib. 6. c. [illegible] de compos. med. sec. lo. his verbis: *Hæc quam [illegible] Musa [illegible]*.

Virgilius Maro, Andinus sive Mantuanus, Georgicorum opus librorum 4. orbe eruditorum [illegible] non modo, sed etiam [illegible], cum Vegetalia [illegible] vero herbarum [illegible]. *Quid faciat lætas segetes* &c. in Bucolicis quoque ipsius carminibus herbarum [illegible] non [illegible]

ex mente. In anno Imperii Augusti 25 Brundusii fato cessit moriens, fama superstite semper ubique gloriosa, & ideo Botanicos decorabit.

Æmilius Macer, Veronensis, Naturalis quidem Philosophus & Poeta melius non solum de Animalibus, sed & de herbis metrice scripsit, de quo Ovidius lib. 4 de Trist.

Sæpe suas volucres legit mihi grandior ævo,
Quæque nocet serpens, quæ juvat herba Macer.

Illi propterea adscribitur libellus quidam carmine hexametro compressus de virtutibus herbarum, qui à Jo. Atrociano annotationibus fuit auctus, & impressus Friburgi ap. Jo. Faventum Emmeum Juliacensem 1530 in 8. & Basileæ ap. Sebast. Henric. Pet. 1581 in 8. cum capitib. Georgii Pictorii, Venetiisque ap. Aldum 1547 in fol. cum Medicis ant. p. 224. Francofurti ap. Egenolphum 1540 in 8. cum recognitione Jo. Cornarii, Cracoviæque cum annotationibus Simonis de Lowicz, & tandem Hamburgi ap. Jac. Wolff 1590 in 8. cum Henrici Ranzovii nonnullis. Incipit ille liber hujusmodi modo.

Herbarum varias dicturus carmine vires
Herbarum matrem dabit Artemisia nomen, &c.

L. Junius Moderatus Columella, genere Gaditanus, qui Claudii Imperatoris temporibus vixit circa ann. à Christo nato 25. Cornelium Celsum Medicum eloquentissimum audivit. Unde de Agricultura tam Versu quam Prosa elegantissime scripsit Libros 12. alium de re rustica, & unus de Arboribus, typis excusos pluries per hominum quoque eruditorum manus, & ora divagantur. ad eosdem libros doctissimas conscripsit notationes Philippus Beroaldus eruditissimus Bonon. Lugduni impressas per Sebast. Gryph. 1549. in 8. item Basileæ ap. Hervagium, Parisiis ap. Robertum Stephanum 1543 in 8. & antea Regii, ap. Bartol. Bruschium 1482 in fol. cum aliis, & Lugduni, ap. Jo. Parvum 1533 & Coloniæ, ap. Jo. Gymnicum 1536 in 8. Item cum interpretationibus Julii Pomponii Fortunati, & annotationibus Baptistæ Pii Bonon. Argentorati ap. Christianum Egenolphum in 8. &c.

C. Plinius Secundus, senior, Caii Plinii Secundi junioris Novocomensis avunculus, qui temporibus Vespasiani Imperatoris, hoc est circa annum Domini 82 floruit. Naturalis Historiæ libros 37 locupletissimos collegit, & concinnavit, in quibus plurima de Herbis, Philosophicè, Medicè, Historiceque scribendo clarus inter Botanicos haberi meritò debet. Ejus libri sæpe quidem, variisque in locis, excusi sunt, ut Parmæ, ap. Steph. Corallum 1476. in reg. fol. Venetiis, ap. Thomam de Blavis 1491 in fol. Venetiis item ap. Aldum 1535 in 8. & in 4. volum. Genevæ ap. Jac. Stoer 1601 in 12. & in 3 vol. Francofurti ap. Claud. Marnium 1608 in 8. Lugd. Batav. apud Elzevirios 1635 in 16. & in 3. volum. &c.

Palla,

Palladius Rutilius Taurus Æmilianus, Vir illustris, qui sub Antonii Pii tempora vixisse creditur, circa ann. D. 140. Is scripsit libros 14. de re rustica, juxta mensualem totius anni divisionem, in quibus quicquid singulis mensibus ruri sit operandum edocet, præmissa tamen universali Præceptorum ejusdem Artis, quæ libro primo continetur Doctrina, & ultimo inde loco librum de Insitionibus carmine Hexametro atque Pentametro subinfert compositum, Pasiphilo viro doctissimo inscriptum, quorum versiculorum metricorum hoc est exordium.

Pasiphile, ornatus fidei, cui jure fatentur,
Si quid in arcano pectoris umbra tegit
Bis septem parvos opus agricolare libellos,
Quos manus hæc scripsit, parte favente polum &c.

Prædicti libri extant cum Catonis, Varronis, & Columellæ libris de re rustica Regii excussi ap. Bartol. Bruschiam 1482. in fol. & Lutetiæ, ap. Galeotum à Prato 1533. in f. Coloniæ, ap. Jo. Gymnicum 1536. in 8. Parisiis, ap. Rob. Steph. 1543. in 8., & Lugd. ap. Seb. Gryph. 1549. in 8.

Constantinus Cæsar, circa ann. Christi 311. sanctissimus Imperator, ejus proprio in publicum prodire voluit, aut passus est nomine libros XX. selectarum de Agricultura Præceptionum, ubi ea quæ à diversis veteribus multa diligentiâ, solertique & accurato experimento inventa fuere, circa non solum agri, sed & plantarum singularum, curam, tempus, & modum particularibus differentiis congruentia in unum disponuntur: omnia excerpta ex scriptis videlicet Florentini Græci, Vindanionii, Anatolii, Berytii, Diophanis, Leontii, Democriti, Tarentini, Africani, Pamphili, Apulei, Varronis, Zoroastri, Frontonis, Paxami, Damegerontis, Didymi, Sotionis, Quintiliorum, Arati, Hierocles, Absyrti, Hippocratis, Cassiani, Aristotelis, Pelagonii, Theomnestii &c. Constantini Cæsaris frequens legitur allegatio in Codice Theodosiano, & bis in fragmentis Gregoriani Codicis &c. Libri prædicti excussi sunt Basileæ 1539. ap. Rob. Winter, & ibid. 1540. ex off. Frob. & Lugd. ap. Seb. Gryph. 1541. in 8.

SCRIPTORES ARABES EXTANTES.

Avicenna Aboali Abinsceni, Hispalensis, Arabum Princeps ab omnibus acclamatus, Philosophus, æque ac Medicus summus, qui plurima tum speculativa, tum practica doctissima composuit. Illius opera medica, Venetiis, & Lugduni, & seorsim, & una cum commentariis Gentilis Fulginatis, nec non Jacobi de Partibus, prodire in Typographicam lucem. liber autem de Medicinis cordialibus, & Cantica prælum sensere Venetiis apud Juntas 1544. in magno fol. cum castigationibus Andreæ Alpagi Bellunensis, & omnia simul opera ap. Hervagium Basileæ & ali-

[illegible]

[illegible] Venetiis impressum per Locatellum 1500. in [illegible]

[illegible]

tus *Theisir Dahalmodana Vahaltadabir*, id est *Rectificatio Medicationis & Regiminis.* Venetiis impressus apud Octavianum Scotum 1496 in fol. & ap. Gregorium de Gregoriis 1514 in fol. & Lugduni quoque, cum additamentis ad libros [illegible] Averrois Colliget 1531 in 8.

EBNBITAR, Arabs, cujus est tractatus quidam de Limonibus Latinitate donatus in Gallia & Parisiis impressus per [illegible] in 4. ex biblioth. Cl. Georgii Draudii.

BELADUS, Africus, discipulus [illegible], Claudio Atheniensi consodali, librum *Aremuda* inscriptum à se compositum dicavit de virtutibus Planetarum & herbarum in anni partibus calidioribus, ex Arabico in Latinum sermonem satis barbarum à Gerardo Cremonensi tandem deductum, qui liber nondum (quod appareat) fuit impressus, sed manuscriptus reperitur ap. Excell. D. Ovidium Montalbanum Bonon. &c. Tempus quo vixerit hic ejusmodi Beladus haud satis possumus conjicere; hoc solum facile asserere, hunc Authorem temporis nimium proximi Arabibus, cum à nemine citatus observetur. Sed notandum hic pro Parergo proponitur, quod ubi desiit Arabum nominis celebritas, studiorum & perquam clara Italorum & Bononiensium lux restituta est Literaria, nam à Frederico secundo Imperatore sub iisdem proximis temporibus (ut refert Zuingerus, teste [illegible] pro Calendario) Aristotelis opera, quae apud Saracenos diu latuerant, in orbem literarum politiorem & humaniorem postliminio velut reversa, Bononiensi Academiae an. 1214 ad serio Philosophandum oblata & transmissa fuere &c.

Recentiores Latini, seu Itali, Germani, Galli, Hispani &c. tam Graecae quam Latinae veteri, aut etiam Arabicae Scholae addicti, quorum Opera Botanica reperiuntur

MISERANDA excussa Barbarie circa XI & XII Christi seculum, emergentes ex antiquo nitore Literae in Italia diu jacentes & conculcatae respirare, & denuo reviviscere visae sunt, itaque Bononiensi Civitate, principes literarum omnium Patriae, ut est propensissima semper fuit [illegible], non mediocre earum obtinuere incrementum. [illegible] Petrus Crescentius, nobilissimus [illegible] Civis Philosophiae, Medicinae, Legumque peritissimus, [illegible] omnium [illegible] facile Princeps evasit. Is scripsit opus egregium de omnibus Agriculturae partibus, de Animalibus, Plantarumque natura & virtute, in XII libros digestum, publicae [illegible] posterorum [illegible], atque eo tempore Italico sermone illud etiam composuit, hoc est vulgari non vulgari tamen sermone, cujus meliorem [illegible] Patrem [illegible] (teste Dante ipso Auctore) fuit Guido Guinicelli Bononiensis Vates anno Dom. 1280 & ornatissimus inter caeteros Galeottus de Guidottis Bononiensis Rhetor extitit anno Domini 1290 qui Tullium ipsum Bononiensi, atque ac Romana Latii lingua loquentem protulit, ut in codice ejusdem videre est, cujus perpulchrum exemplar in proprio asservat antiquorum Scriptorum

rerum divite Museo Exc. Ovidius Mont'albanus eruditorum vetustatum amantissimus & indagator solertissimus. Creverunt certe non mediocriter Agrariæ naturales leges sub Crescentii calamo, tanquam sub aterano sceptro, postquam civiles Leges Azone mediante, Jurisconsultorum velut Numine, aliisque Bononiensibus Glossatoribus doctissime imperare didicerant, ut verissimum illud ubiq; acclamante fama dictum hic veniat subjungendum

Petrus ubique Pater, Legumque Bononia Mater.

Crescentii hinc est quod prædictum opus per innumeras Studiosorum manus transcriptum, innumeros etiam typos fuerit expertum. Prima impressio fuit Lovanii ap. Jo. de Westphalia 1473 in fol. Mox Vicentiæ ap. Leonardum de Basilea 1490 in fol. Deinde Venetiis 1519 octavæ formæ folii, in honorem Serenissimi Principis Venetorum Leonardi Justiniani. Venetiis iterum ap. Bernardum Vianum de Lexona Vercellensem 1536. Deinde Basileenses latinæ versiones apud Henric. Petr. 1548 in 4. Denuo Venetiis ap. Franciscum Ramparettum 1564 in 8. cum Sansoviniana linguæ vulgaris nostro hoc sæculo adaptatione, quam Emin. Bembus in vol. 2. suarum Prosarum libenter acceptavit, & Jac. Pergaminus in suo Memoriali vulgaris linguæ non vulgariter comprobavit &c. Cæterum Crescentius ipse, Patritius nobilissimis ortus parentibus Bononiæ anno 1230, doctissimisque educatus sub Præceptorib. Philos. & Juristis Bonon. Serenissimisque & Illustriss. sub Regibus Civitatum & Populorum exterorum regimina diu professus, septuagenarius tandem anno Dom. 1300. in Patriam longo postliminio reversus, Geoponicos suos amœnissimos hercle, & præclarissimos absolvit labores, quos in sua Sanct. Nicolai de Villula suburbana Bononiensi Villa ad praxim magna ex parte deductos, & à sapientissimis viris Theologis, Philosophis, Medicisque Archigymnasii Bononiensis tum viventibus eximie quoad Theoricam commendatos bonis, immo optimis excepit, & dimisit avibus.

GULIELMUS DE VARIGNANIS, Bononiensis, Philosophiæ & Medicinæ Doctor præclarissimus, Bartholomæi Varignanæi Doctoris medici filius, & Joannis pariter Varignanæi Doctoris Medici ex patre nepos, de cujus prosapia Medicorum feracissima pervetusta in hunc modum loquuntur marmora:

Varignana Domus Medicorum semper alumna &c.

Gulielmus porrò ipse magnæ non solum auctoritatis in et suos concives vivens habebatur, in quorum ordine politico primas obtinuit partes, in Magistratu scilicet DD. Antianorum & Consulum de anno 1304 mense Decembris, sed apud omnes scholasticos famigeratissimus efficiebatur, adeo ut à pluribus ex laudabilium scriptorum venerabilis Magister per antonomasiam appellaretur. Illius etenim doctrina, quæ superavit Alpes, transivit maria contra temporum injurias gloriosa & inconcussa manet, quam

 edo-

admirandos adhuc Herbarum, & aliorum simplicium medicamentorum vires cunctis fructuosissime expendere, in suo volumine de curandis morbis universalibus & particularibus, Febribus, Apostematibus, Ulceribus, Venenis, & faciei, totiusq; corporis decoramentis, quos Basileæ excudit Henric. Pet. 1545 in 4. Lugduni Scipio Honoratus 1560 in 8. & in suo tamen libro inscripto Secreta secundum ad curationes morborum verissimis auctoritatibus illustrata [illegible] Papiæ 1519 per Carcanum in 8. Venetiisq; per Bindonum 1570 in 8. Lugduni per Jo. Cambray 1526 in 4. & Basileæ 1597 in 8. cum notis Gasp. Bauhini. Hæc prima litteratum [illegible] secula novos jactare potuere Hippocrates in Civitate Bononiæ, novosque numerare Galenos, nam præter supra memoratos Varignanos, Mundinus Anatomicorum Italicorum Princeps, cujus scripta in omnibus Universitatibus & Ivanicis Gymnasiis [illegible] etiam super suggestu textualiter prælegebantur, ut ex libro 2 Statut. Studii Patav. cap. 28 impressis Pat. per Jo. Spetonium cerni poterit, adhuc gradum exclsi, cum Bertruccio Bonon. qui tanquam Alumpnus ap. Germanos & Gallos conteburat, itemq; Zancario, Venturia, Montecalvo, Argentaria, Honorio, quem [illegible] Gandinus de Canusco, Jacobi de Forlivio, Bernardi [illegible], Othonisque Brunfelsii, & aliorum quam plurium celeberrimorum scriptorum scripta testantur.

Simon Januensis, sanctissimi D. N. Papæ Subdiaconus & Capellanus Nicolai IV. summi Pontificis Medicus anno D. 1292. Volumen medicum elucubravit sub titulo Clavis Sanationis, omnes simplices medicinas alphabetico comprehendens ordine, quod impressum fuit Venetiis per Gulielmum de Tridino ex Monteferrato de anno 1486. in fol.

Matthæus Sylvaticus, Mantuanus, Medicus suorum temporum eximius, librum Pandectarum Medicinarum compilavit, in quo simplicia omnia [illegible] Seren. Siciliæ R[illegible] Roberto illum dicavit anno D. 1317 [illegible] Bononiæ [illegible] Venetiis per Jo. Agrippinensis [illegible] fol. [illegible], iterumque Octav. [illegible] 1498. in fol. & [illegible] de Lavre 1511 in fol. & Taurinensis Antonii Ronoti 1526 in fol. & tandem Lugdunensis Jacobi Juntæ 1541 in fol. fuisse promulgatum.

Arnoldus de Villanova, Gallus, sub Clemente VI. Pontifice Maximo [illegible] anno 13[illegible] Speculum Medicinæ, in quo de [illegible] fuit tractatus [illegible] que exposuit, cujus [illegible] partem Magistr[illegible] Medicinæ [illegible] propria sub [illegible] plurimis aliis tractatibus medicis, quos [illegible] & [illegible] simplicibus [illegible], impressit omnia Lugduni Gulielmus Huyon 1520. in fol. & [illegible] 1585. in fol.

Jacobus de Dondis, *Aggregator* dictus, Patavinus. Promptuarium Medicinæ [illegible] simplicium, & compositorum Medicamentorum explanans facultates aggregavit, & per communes locos in novem

dif-

disposuit libros quos impressos nobis dedêre Venetiis Juntæ 1576. in fol.

ANTONIUS GAZIUS, Patavinus, qui Patavii floruit librum inscriptum *Florida Corona*, hoc est de conservatione Sanitatis, ut plurimum ab herbis pendentis capitulisque 300. distinctum adornavit, quem impressit Venetiis Joannes de Forlivio de anno 1481. in fol. & Lugduni Scipio de Gabiano 1534. in 8.

GUIDO DE CAULIACO, Gallus, Medicus præstantissimus, suo Chirurgicorum tractatuum operi famosissimo Antidotarium adjunxit, in quo de simplicibus agitur nedum de compositis Med. impressum Venetiis per Octavianum Scotum 1490. in fol. & apud Bernardinum de Vitalibus ibidem 1519. iterumque ap. Juntas. 1546. & alibi quoque &c.

GERARDUS NOCETO, Siculus, Pharmacopæus, librum copiosum, & valdè utilem, atque curiosum, notitiæ omnium simplicium Medicinalium compilavit, Lucidarium Medicinæ appellatum, in quo tempora, atque præcisa collectionis Plantarum determinantur. impressus est liber Neapoli per Antonium de Caneto Papiensem, anno Domini 1511. in 4.

ANTONIUS GUAINERIUS, Papiensis, Antidotarium & ipse composuit, in quo juxta temporis illius usum simplicia protulit usualia atque consideravit &c. Impressumque fuit Papiæ per Geraldum Typographum, anno Domini 1518. in 4.

STRABUS, Gallus, Poeta & Theologus, Hortulum venustissimum variarum stirpium descriptivum hexametro versu concinnavit ad Grimaldum Cœnobii Sancti Galli Abbatem &c. cujus initium

Plurima tranquillæ cum sint insignia vitæ &c.

Friburgi impressit Joan. Faber Emmeus 1530. in 8.

NICOLAUS LEONICENUS, Vicentinus, Medicus doctissimus, Epistolas conscripsit, in quibus de plurimis medicamentis simplicibus, Fruticibus præcipuè, & Herbis disserit. liber impressus est Ferrariæ ap. Macciochum 1509. in 4. & Basileæ ap. Henric. P. 1529. in 4. iterumque Basileæ apud Cratandrum 1532. in fol.

MARIUS GRAPALDUS, Parmensis, in parte sui operis de partibus ædium ad Plantas etiam divertit ut lib. 1. c. 5. lib. 2. c. 3. & 11. Impress. Parmæ ap. Octavianum Salardum 1516. in 4.

RAPHAEL, Volateranus, libro vigesimo sexto Urbanorum Commentariorum de Plantis agit. Impr. Parisiis ap. Jodoc. Badium 1526. & Basileæ ap. Froben. 1530. & 1544.

JOANNES TOLLATUS de Vorchemberg de remediis herbarum in libro Margarita medicinæ inscripto sermonem habet. impressus Argentinæ anno D. 1518.

PETRUS, Paduanus, Dioscoridem in plurima divisit capita, quæ omnia brevissimis quidem, sed utilissimis annotationibus illustravit. liber impressus est Lugduni anno 1512. in 4.

Joannes de Vigo, Genuensis, Julii II. Pontificis Maximi Archiater, in sua Chirurgica Practica copiosa, libro septimo de Natura Simplicium & eorumdem posse, satis copiose scribit. Impress. Lugduni per Joannem de Cambray 1518. in 4. & ap. Beraud 1582. in 8.

Euricius Cordus, Simesusius, scripsit Botanologicon, sive Colloquium de Herbis. Impressum Coloniæ apud Jo. Gymnicum 1534. in 8. & Lutetiæ ap. Morelium 1551. in 16. Judicium eidem edidit de Herbis & Medicamentis simplicibus, impress. Francofurti ap. Egenolphum 1543. Nicandrum insuper Latine reddidit Carmine & Theriaca & Alexipharmaca, Argentorati impress. [illegible]

Joannes Platearius, Salernitanus, de simplici Medicina librum composuit inscriptum Circa instans, impress. Lugduni ap. Constantinum Fradin 1512. in 4. & Parisiis ap. Bonfonsum 1582. in 4.

Leonardus Legius, Medicus, Galeni Flores collegit, & in summam seu Tabulam simplicia medicamenta redegit, impress. Papiæ 1520.

Valerius Cordus, Euricii filius, patris gloriæ æmulus non inglorius, Dioscoridem notavit [illegible] annotationibus suis, Historias stirpium doctissimè continuavit, stirpes priùs opaciores & secretiores mirificè illustravit, ut abstrusiora deinde inventa à cordatis sapientem extrahantur & demeantur, cujus notissimos labores impressit [illegible] Conradus Gesnerus 1561. in fol. Dispensatorium quoque [illegible] medicum apud Professores celebre est, cum notis [illegible] Gaudeberti & Lobelii impressum Antverpiæ apud [illegible] 1568. in 16. & Norembergæ 1592. in fol. & [illegible] ap. Raphelengium 1599. in 12. Laurentius Fries, Germanus, [illegible] medica, & simplicium præcipuè medicamentorum [illegible] Græcis & Arabicis vocibus exposita Argentinæ impressa ap. Grüningerum 1535. in fol.

Hermolaus Barbarus, Venetus, Corollariorum libros [illegible] in Dioscoridem, & [illegible] gloriam [illegible] scripsit, quos impressit Coloniæ Joannes [illegible] cum Marcelli Virgilii Comment. in Diosc.

Marcellus Virgilius, [illegible] Florentinus post Leonardum Poggium & Bartholomæum Scalam Secretarius [illegible], linguarum eruditorum cognitione peritissimus, Dioscoridem latinum fecit, & Scholiis doctissimis [illegible] quæ Latina versio cum Græco codice excussa est Coloniæ 1529.

Joannes Ruellius, Suessionensis, omnium qui Dioscoridem de Græco in Latinum vertere apud Medicos acceptissimus, opus quidem insigne, & [illegible] de Natura stirpium tribus libris comprehensum elaboravit, & [illegible] Reg. [illegible] impress. Parisiis [illegible] in fol. anno Domini 1536. & Basileæ Frobenius 1543. [illegible] A [illegible] magnum virtute magis quam more Leodegarius a Quercu [illegible] Epitome.

Gulielmus Turnerus, Anglus, historiam de natura herbarum Scholiis & notis vallatam edidit Coloniæ ap. Gymnicum anno Dom. 1544. in 8.

Bar-

Baptista Fiera, Mantuanus, Coenam composuit [illegible] de Virtutibus herbarum, & ea Medicinae parte quae ad [illegible] pertinet, eamque carmine suavissimo ita condiram voluit, ut [illegible] virorum gustui [illegible] fuerit ab eo propositum. Impressa altius formae octavae fuit [illegible] Argentorati 1530.

Gabriel Humelbergius, Ravenspurgensis, Antonio Musae de herba Vetonica, & Apuleio de Medicaminibus Herbarum, commentaria adjecit, impressa Tiguri ap. Froschoverum 1537 in 4.

Jo. Baptista Theodosius, patria Parmensis, & Professione Bononiensis Medicus, [illegible] epistolas doctas, atque [illegible], scripsit ad clarissimos & doctissimos viros, in quibus plura de [illegible] Herbarum edisserit, [illegible] de Herbis [illegible], doctrina [illegible], & [illegible] &c. Has [illegible] impressas [illegible] anno 155[illegible] in 8. & illum responsiones [illegible] fuisse [illegible] & [illegible] & quod doctrinam [illegible] inter quos [illegible], Thermus, Victorius, aliique Medici, & Philosophi praecellentes Bononiae [illegible], Ludovicus de Leonibus &c. atque Patritii primarii, ut Alexander de [illegible], Carolus [illegible], Antonius de Albergatis, Julius Bott[illegible] &c.

Otho Brunfelsius, Moguntinus, de re herbaria [illegible] bene meritus, Herbarum vivas Icones ad naturae [illegible] magna cum diligentia & artificio effigiatas, cum effectibus & nominibus earum nobis exhibuit, [illegible] Argentorati ap. Jo. Schottum 1530. [illegible] autem earum primo in fol. aliud simile superaddidit, ibidem impressum 1536. & postremo [illegible] Onomasticon, seu Lexicon Medicinae simplicis continens, impressum Argentorati ap. Schottum 1543 in fol.

Robertus Stephanus de Latinis & Graecis nominibus Arborum, Fruticum, Herbarum &c. [illegible] cum [illegible] in [illegible] composuit octavae formae libellum, & impressit Parisiis anno 1536. quae deinde Teobaldus Paganus Lugduni [illegible] anno 154[illegible] in 16.

Johannes Agricola, Ammonius, Germanus, in [illegible] Medicus, [illegible] de compositione [illegible] &c. [illegible], [illegible] Herbarum [illegible] materiam non [illegible]. Liber [illegible] prodiit ap. [illegible] anno D. 1540 in 4.

Jo. Lonicerus, Germanus, Scholia [illegible] in Dioscoridis [illegible] de [illegible] a Marcello Virgilio in Latinum [illegible] graeco verso [illegible], [illegible] impressa [illegible] 154[illegible] [illegible] composita, [illegible] Latinis, [illegible] & [illegible] impressa Coloniae ap. Jo. Soter 1535 in fol. [illegible] supradictus [illegible] Marpurg. an. 1543.

Adamus Lonicerus, Marpurgensis, supradicti Joannis Genitus, Historiae naturalis opus novum concinnavit, in quo de Arboribus, Fruticibus, Herbis &c. fuse agitur, atque de vera cognitione dilectu, & usu om-

alum simplicium Medicamentorum unà cum eorumdem ad vivum effigiatis imaginibus, Francofurti impressum ap. Christophorum Egenolphum 1551. in fol. Prædicto operi idem auctor Tomum secundum superaddidit, in quo rariorum Plantarum descriptionem attulit, cum earumdem Onomastico completo, & nominum explicatione, ibid. impress. an 1555. in fol.

Symphorianus Campegius, vel Champerius, Lugdunensis. In Castigationes, seu Emendationes Pharmacopolarum, ac Arabum medicorum ut Mesue, Serapionis, Rasis, Alpharabii, & aliorum quatuor distinctas in libros emisit in lucem, quas Lugduni impressit Jo. Crespin 1532 in 8. Campum item Elysium Gallarum aperuit, ubi Herbæ & Plantæ virentes perpenduntur, & Analogia Medicinarum Gallicarum & Indarum ad trutinam physicam revocatur. Lugduni impress. per Melch. & Gasp. Trechsel 1533 in 8.

Georgius Pictorius, Villinganus, Botanologica metricè & doctissimè delineavit, quod opus *Pantopolium* appellavit, Basileæ impressum 1563. ap. Henric. Pet. in 8.

Georgius Kraut, Haginensis, libros 4. Hildegardis de Elementorum &c. Leguminum, Fructicum, Herbarum, Arborum, Arbustorum & natura & operationibus à se dimisit Argentinæ ap. Jo. Scotum 1544. in fol.

Antonius Musa Brasavolus, Ferrariensis, examen omnium simplicium quorum usus in publicis habetur officinis promulgavit, Romæ impress. 1536. in fol. de omnibus certe Medicinæ partibus optimè meritus propter indicem illum copiosissimum in Galeni operibus omnibus contextum & secundæ editioni Venetæ Juntar. 1551. appositum.

Carolus Stephanus, Gallus, de Agricultura libros VI composuit, quos ex Gallico in Italicum translatos sermonem ab equite Caro Veneti typi anno 1581. in forma quarti folii nobis dedere, sed meliora prius hoc est, Vinetum, Sylvam, Frutetum, Collem, Pratum, Lacum, Arundinetum, Seminarium, Plantarium. Deque re Hortensi Lugdunenses Gryphius typi de anno 1536. & Parisienses Rob. Stephani de annis 1537. 1538. 1539. 1543. 1550. & 1572. & Latinè & Gallicè concessêre.

Joannes Jovianus Pontanus, in parte prima ejus Poeticorum operum de Citri fructu & arbore compendiosè agit, Basileæ impress. ap. Cratandrum 1536. in 8.

Adamus a Bodenstein, Medicus Basiliensis, de herbis duodecim Zodiaci signis præcipuè subjectis atque dicatis, curiosissimè egit, ex Pasch. Gallo in Med. Bibl.

Julius Cesar Scaliger doctissima Commentaria, & Animadversiones in VI libros Theophrasti de Causis Plantarum, nec non Animadversiones doctissimas in Theophrasti ejusdem Historiam instruxit, impressæ Lugduni ap. Juntas 1584. in 8. cum Roberti Constantini animadversionibus

bus aliis; item libros de Plantis Aristoteli adscriptos integrè restituit atque ordinavit, impress. Lutetiæ 1556. & Lugduni 1560. & Marpurgi 1598. in 8. ap. Egenolph. &c.

ALOYSIUS MUNDELLA, Brixianus, Annotationes in Antonii Musæ Brasavoli simplicium examen confecit. Basileæ impress. 1543. ap. Michaelem Isingrinum, unà cum ejusdem medicinalibus epistolis &c.

GUALTERIUS HERMENIUS RYFFUS, Argentinensis, annotationes structæ & scholia in Ped. Diosc. Anazarbæi libros VI integros de Medica materia, juxta Ruellianam versionem, latinos redditos cum singulis, tum Stirpium, cum Animantium, ad naturæ æmulationem expressis imaginibus ultra millenarium numerum &c. impress. Francof. per Christoph. Egenolphum 1543. in fol.

JOANNES DANTZIUS, Germanus, scripsit tabulam simplicium medicamentorum omnium quæ ap. Diosc. Gal. Mesuem, aliosque habentur, item Dialogos de facultatibus [illegible] pariter exposuit luci Basileæ apud Henric. Pet. 1543. idem demum Dioscoridem Germanicè loquentem videre voluit, quem &c.

BARTHOLOMÆUS DE URBE VETERI In Mesuem suum direxit calamum cujus simplices omnes Medicinas declaravit, solutiones multorum dubiorum attulit, difficultates artis enodavit hos literarios labores Venetiis impressit Barthol. de Zanetis 1543. in fol. & Frobenius Parisiis 1546. in 8.

PETRUS VICTORIUS, Florentinus, vir eloquentissimus, politissima ingenii sui [illegible] plurimos illustravit Auctores & præcipuè Catonem, Varronem, & Columellam de re rustica, impressos Parisiis apud Rob. Stephanum 1543. in 8. & ut inter eruditiores botanicos jure optimo posset adscribi, de laudibus Olivarum Hetrusco sermone tractatum composuit, ubi Lauream Apolli[illegible] eam Minervæ, quam bellissimè infert, Oleæ. Vivebat adhuc anno Domini 1585.

G[illegible] HORATIUS, Amstelodamensis, libellum de Turpeto & Thapsia [illegible] pulcherrimum edidit, qui Romæ impressus fuit apud Antonium B[illegible]dum 1544. in 4.

LEONARDUS FUCHSIUS, Tubingensis, de historia stirpium commentarios [illegible] & [illegible] contextos, adjectis [illegible] earundem imaginibus &c. quos Basileæ excudit Michael Isingrinus 1542. in fol. Alii breviori, seu contractiori suo forma [illegible] in adolescentium commoditatem ipse Auctor [illegible] curavit Basileæ ap. Isingrinum 1545. sub insigni Palmæ in 8. Idem Apologiam [illegible] contra Gualt[illegible]rum R[illegible] Basileæ impressam ap. Erasmum Xylotectum 1544. in 8. Obiit Tubingæ Fuchsius VI. Idus Maii 1566. annos natus 65.

JOANNES MANARDUS, Ferrariensis, Epistolarum medicinalium lib. 20. eo scripsit, in quibus multa ad [illegible] simplic. & H[illegible] rem spectantia dilucidavit, in quo Joan. Mesuei Annotationes & Censuras objecit, quos Basileæ impressit Isingrinus anno 1540. in fol. & Venetiis

Fran-

Franciscus Camotius 1557 in 8. & tertio her. Jo. Aubrii Hannoviae 1611 in fol.

Theodoricus Dorstenius, Germanus, ab eo evulgavit Botanicon continens herbarum descriptiones & Icones ad vivum effigiatas ex Graecis Latinisque auctoribus (ducatum sibi quodammodo praestantibus) desumptas, additis insuper eorum observationibus & experientiis probatissimis pro corollario. Impressum fuit Francofurti ab Egenolpho anno Domini 1540. in fol.

Carolus Figulus Methodum Herbarum Dialogi forma, videlicet non minus quam eleganter efficaciter & ordinate, quam Colonienses Typi efformarunt anno Domini 1540. in 4.

Joannes Gorraeus, Parisiensis, Nicandri Theriacam & Alexipharmaca veluti reformata ad Botanicorum utilitatem Botanicam renovavit Parisiis apud Vascosanum anno D. 1549. in octavo.

Conradus Gesnerus, Tigurinus, Historiam Plantarum, & earundem vires ex Dioscoride, Theophrasto, Paulo Aegineta, Plinio, & recentioribus Graecis juxta elementorum ordinem digessit, quam Basileae impressit Robertus Winter 1541. in 8. & Venetiis Melchior Sessa 1541. in 16. Commentariolum insuper de raris & admirandis herbis quae, sive quod noctu luceant, vel ob alias causas, Lunariae appellantur, cum iconibus quarundam herbarum novarum, & Descriptione Fracti seu Pilati montis juxta Lucernam in Helvetia compositum, Tiguri excussum ap. Andr. ac Gesnerum 1555. in 4. Item Catalogum Plantarum juxta varias linguas & Alphabeticam Dioscorideorum Herbarum seriem, Tiguri impressum ap. Froschoverum 1542. in 4. Insuper ejusdem habentur Tractatus varii de vetustis herbarum nomenclaturis Basileae ap. Episcop. in 8. Tabulae collectionis stirpium Argentinae ap. Wendel Richel 1553. in 8. Apparatus & delectus simplicium medicamentorum Lugduni ap. Frellonium 1542. in 8.

Joannes Baccanellus, Regiensis, curiosam medicorum de confusis in cognoscendis simplicibus conspirationem produxit, Venetiis impressam anno 1553. in 8. & Lugduni ap. Juntas 1558. in 16.

Frater Angelus Palea, Jurisatensis, & Fr. Bartholomaeus Urbevetanus ord. Min. Obs. copiose scripserunt in Antidotarium Jo. filii Mesue &c. volumen in fol. impressum fuit Venetiis per Bartholomaeum de Zanettis Brixiensem anno 1543.

Hieronymus Tragus, Germanus, de stirpium, maxime earum, quae in Germania nostra nascuntur, usitatis, nomenclaturis, propriisque differentiis, neque non temperaturis & facultatibus, Commentariorum [illegible] Auctor conscripsit, quos Germanice antea conscriptos in latinum sermonem David Kyberus Argentinensis [illegible] & amplum, hoc est folio [illegible] Argentorati impressit Wendelinus Rihelius 1552. In quo opere [illegible] Tragum [illegible] est [illegible] & stirpium differentiam ex Dioscoride secundum communes locos.

Jaco-

Jacobus Sylvius, Ambianus, annotationes, commentaria, in Mesuei opera confecit, typis Basiliensibus Henric. Petri evulgata anno 1545 in fol. De Medicamentorum item simplicium delectu & præparatione methodice in libris 4. egit editis Lutetiæ apud Andream Wechel 1542. in 8. & 1544 in fol. nec non Lugduni ap. Jo. Tornæsium 1584 in 8.

Petrus Jacobus Steve, Medicus Valentinus, in Nicandri Colophonii Theriacam interpretationes & enarrationes doctissimas texuit, cujus versio cum textu Græco juncta sic incipit:

Haud equidem longe expediam tibi carmine formas,
Omnigenasque illas, funestaque damna ferarum &c

Liber impressus fuit Valentiæ per Jo. Meyslandrum 1552. in 8.

Joannes Tagautius, Viviacus, de purgantibus medicamentis simplicibus libros duos composuit, quorum novam editionem Gulielmus Rovill. Lugdunensis Typographus sub scuto Veneto est operatus 1549. in 16. post primam Parisiis Galeoti à Prato 1537 in 4.

Lucas Ghinus, Bononiensis, Medicus & Botanicus præclarissimus, primus qui Botanicam professionem inter alias medicas cathedras classicam fecerit, atque publicos & scholasticos Academicos Hortos in Italia fundaverit ad ostensionem scilicet simplicium studiosis Iatrosophis faciendam. Hic in re herbaria famigeratissimi Aldrovandi & excellent. Aloysii Anguillaræ præceptor fuit, qui in hortis & Bononiensis & Patavini Archigymnasii plusquam Saltuibanis, Pompeianis, Atheniensibusve doctissima tamquam Numina fuerunt exculti. Inter ea, quæ ex ingenii sui fœcundissimo agro deprompta scriptis consignavit, fuere de Curatione Morbi Neapolitani tractatio impressa cum practica Jo. Marquardi Spiræ ap. Bernardinum Albanum 1589. in 8. At lectiones illius Botanicæ de singulis Herbis simplicibusque medicamentis ab eo publice dictæ in Archigym. Bonon. per 28 annos continuos usque ad annum 1555 in amplo volumine restrictæ asservantur manuscriptæ apud Excell. D. Ovidium Montalbanum Bononiens. Philosophum & Med. Collegiatum atque Juristam Patriæ universæ Bonon. & concivium ejusd. gloriæ vindicem & assertorem indefessum.

Benedictus Curtius, Symphorianus, Eques in Ecclesiâ Lugdunensi vir omnigenâ eruditione præstantissimus, volumen inscriptum Hortorum libri XXX in quibus Arborum Historia, partim ex probatissimis quibusque auctoribus, partim ex ipsius auctoris observatione, collecta continetur Lugduni editum & excussum per Jo. Tornæsium typographum Regium 1560. in fol.

Melchior Guilandinus, Borussus, Patavinæ Academiæ professor Botanicus, scripsit egregium de papyro in C. Plinii majus de papyro commentarium, Venetiis impressum ap. Antonium Ulmum 1572 in 4. De stirpibus item varias epistolas promulgavit Patavii ap. Gratiosum Perchaci-

num 1558. in 4. & demum contra Petrum Andream Matthiolum apologiam scripsit.

Hieronymus Cardanus, Mediolanensis, Civisque Bonon. postquam in Archigym. Bonon. ab anno 1562. usque ad annum 1570. in matutinali Cathedra Medica professus. Cognomen Bonon. sui honorificentissime donatus, quam [illegible] postremum suis operibus pro se ferre voluit. Inter alia eius opera medica, tam magna, tam erudita sunt Tomo 2. adest tractatus de Cynarodum [illegible] de Sarsaparilla, Lugd. impr. per Seb. Gryphium 1548. in 4. & Marpurgi apud [illegible] 160[illegible] in 8. Inter [illegible] adest tractatus de simplicium medicamentorum noxa, & quod componere fi[illegible] cuius libellus seorsim impressus est Venetiis ap. [illegible] 1545. in 8. Item duo opuscula de Plantis habentur in libro 8. de Subtilitate, impr. Lugd. 1551. in 8. & in primo Tomo de Varietate rerum impress. Basileae ap. Henric. Petrum 1557. in 8. Obiit Romae 1576. cuius manuscriptorum heres Rodulphus Sylvestrius Bonon. ph. & med. Opus eorum de [illegible] & vita producenda imprimi Romae curavit ap. Zanettum 1580. in fol.

Jacobus Dalechampius, Cadomensis, Auctor fuit celeberrimae Historiae generalis Plantarum [illegible] apud omnes rei Herbariae studiosos, quae Historia Tomis duobus & lib. XVIII. per certas methodi classes est distributa, Lugduni primo impressa 1586. in f. & deinde anno 1587. apud Gulielm. Rovillium &c.

David Kyberus, Argentinensis, Lexicon Rei herbariae trilingue concinnavit, Argentinae impressum ap. Rihelium 1553. in 8.

Joannes Langius, Lembergius, vir longe doctus & eruditus, qui Archiatrorum [illegible] [illegible] [illegible] Epistolarum, Epistola 38. inter medicinalium epistolarum [illegible] varia ac rara herbarum explicationes & contemplationes dignissimas protulit, ut lib. 1. Epist. [illegible] & lib. 2. Epist. [illegible] Medicinalium Epistolarum volumen plures experimentis impressiones, primo Basileae ap. Jo. Oporinum 1554. in 4. Francofurti ap. Wechelium 1589. in 4. Hanoviae ap. Wechel. Her. 1605. in 8. &c.

Petrus Andreas Matthiolus, Senensis, Dioscoridis Commentator longe celeberrimus, & omnibus certe [illegible] ab omnibus exceptus, suos primum Commentarios in Dioscoridem Italico scripsit, quos pluries impressos [illegible], quos [illegible] & Latinos fecit Typis Vincentii Valgrisii Venetiis [illegible] anno 1554. in fol. quibus adjectis deinde [illegible] Plantarum & Animalium imaginibus, [illegible], qui cum epistolis Medicinalibus opus suum [illegible] reddidit. Valgrisianis typis excellentissime anno 1565. [illegible] opus Caspar Bauhinus post diversarum [illegible] [illegible] ingredio locis optimo, ob Synonyma Plantarum & [illegible] [illegible] &c. Quod typis excussum fuit Francofurti [illegible] Nicolai Bassei 1598. in fol.

Joannes Franciscus Rota, Medicus utriusque Medicinae peritissimus,

Bo-

Bonon. de introducendis Graecorum medicaminibus librum doctum, & luculentum, tam simplicia, quam composita prosequentem edidit Bononiae apud Anselmum Giaccarellum 1553 in fol.

Andreas à Lacuna, Hispanus, Segobiensis, annotationes doctas & elegantes in Dioscoridem parum, impressas à Gulielmo Rovillio Lugduni anno 1554. in 16.

Amatus, Lusitanus, Enarrationes scripsit in Dioscoridis libros V. Venetiis impressas per Jordanum Zilettum 1557. in 4. & per Valgrisium item in 4. & antea per Rihelium Argentinae 1553. Idem censuram acerrimam in Petrum Andream Matthiolum texuit, quam &c.

Robertus Constantinus annotationes & correctiones lemmataque in Dioscoridem scripsit, quae extant cum Amati Lusitani ad eumdem commentariis. Lugduni impress. ap. Viduam Arnoleti 1558 in 8. Item annotationes in Historias Plantarum Theophrasti ext. cum Julii Caesaris Scaligeri in easdem animadversionibus, Lugd. impress. ap. Jo. Jac. Jonem fil. 1584. in 8. immo etiam cum notis & commentariis in easd. Jo. Bodaei à Stapel Amstelodami 1644.

Gulielmus Rondeletius, Monspeliensis, scriptum reliquit de compositione Medicamentorum, & de Pharmacopolarum officinis, de Fucis, & aliis ad Herbariam rem pertinentia, impressa Parisiis ap. Carolum Macaeum 1572 in 8. Scripsit item in librum primum Dioscoridis Comment. Item de medicamentis paratu facilibus, de Agricultura, sed nondum typographicam lucem sunt experta ex Jouberti testimonio, qui ipsum in Patria obiisse tradit anno 1566. 30. Julii aet. 58 annorum.

Henricus Caolachius, Gothanus, scripsit de Isatide Herba, quam Thuringia producit, & de ejus cultura & praeparatione ad inficiendos & colorandos pannos. Impressa Tiguri ap. Jac. Gesnerum 1555. in 8.

Joannes du Choul G. F., Lugdunensis, de varia Quercus Historia eruditissimum librum concinnavit, cui Montis Pylati descriptionem adjunxit, & alia nimirum de observatione prosperae valetudinis, & de divinatorum herbariorumq. artium comparatione, quae Lugduni impressit Gulielm. Rovillius 1555 in 8.

Joannes Cosma Holtzachius, Basiliensis, annotationibus Dioscoridem augere contendit, quae Lugduni in publicam prodiere lucem ex Typographia Frellonii 1556. in 12.

Gulielmus Rhetius, Lugdunensis, exercitamenta Medicinae exercuit in quibus de re Herbaria egit Lugduni ap. Molinaeum impressa 1564. in fol.

Thomas Erastus, Helvetius, Aquensis, in suis magnis disputationibus adv. Paracelsum multa examinat simplicia, ubi de occultis Pharmacorum facultatibus penitiores examinat disquisitiones investigando quid sint hae facultates, & quotuplices sint. Basileae impressae ap. Petrum Pernam 1573. & 1574. in 4. Examinavit insuper simplicia quae compositionem

Theriace Andromachi ingrediuntur, quod ex impressione Lugdunensi Commelini 1606 in 4. & 1607 in 8. apparet.

[illegible] Patritius Bononiensis, Collegiorum Philosophiae & Medicinae Bononiensium [illegible] [illegible]

[illegible] Lechlerum 1491. Index Plantarum omnium quas in 16. voluminibus [illegible]

[illegible] Thesaurus Patri, Petrus L. V. D. avus, [illegible]

L. V. D.

I. V. D. abavus, & Jo. Franciscus Senator atavus, aliique atavorum avi, Heroica virtute praestantissimi olim eundem operiebantur consepulchris, terrenam deposuit Grecinam.

Otho, Cremonensis, scripsit de Electione meliorum Simplicium ac Specierum Medicinalium Rithmos, Francofurti impr. ap. Her. Egenolphi 1530. in 8. & Parisiis ap. Car. Perrier 1559. in 8.

Caesar Odonus, Aquilanus, Medicinae Professor in Archigym. Bonon. sparsas Theophrasti de Plantis sententias, & in continuatam seriem ad propria capita reductas secundum literarum Alphabeticarum ordinem collegit: impressit eas Bononiae Alexander Benatius anno 1561. in 4.

Joannes Bruyerinus, Campegius, Gallus, de re Cibaria libros XXII. scriptis consignavit, in quibus omnia Ciborum genera omnium gentium moribus usu comprobata continentur, excussos Lugduni per Sebast. Honorat. 1560. in 8. & Francof. per Palthenium 1600. in 8. & 1606. ibidem cum animadversione Othonis Casmanni.

Jodocus Harchius Enchiridion Medicum &c. ubi Simplicium nomina, facultates, Historiam, & administrationem brevi Formula complexum est, impressum Basileae 1573. in 8.

Antonius Mizaldus, Monsluciensis Gallus, inter sublimiores proprii ingenii admirabilissimi foetus haec ad Botanicam spectantia habentur: de Arcanis Naturae: Hortorum secreta, cultus, & auxilia, Lutetiae impress. ap. Feder. Morellum 1560. & 1575. in 8. & Coloniae Agripp. apud Gymnicum 1577. in 8. Item de Hortensium arborum insitione opusculum, seorsim impressum Lutetiae ap. Morellum. Dendranatome, seu explorario & dissectio corporis arborei in sua singulatim membra & partes ubi de eorum officiis, nutritione, succis, humoribus, & aetate &c. ibid. 1575. in 8. Artificiosa methodus comparandorum Hortensium fructuum &c. qui corpus clementer purgent &c. Lutetiae ap. Morellum 1564. in 8. & Coloniae ap. Gymnicum 1577. in 8. Opusculum de Sena Planta inter omnes quotquot sunt hominibus beneficentissima & salutiferrima &c. Lutetiae ap. Morellum 1572. in 8.

Benedictus Aretius Descriptionem stirpium in Stockorni & Nessi Bernatium Helvetiorum excelsis Montibus nascentium confecit, quae extat cum Valerii Cordi annotationibus in Dioscoridem, Tiguri impressa apud Andr. Gesnerum 1561. in fol.

Antonius Schneebergerus, Tigurinus, Medicamentorum cordialium Expositionem, sive facile parabilium enumerationem, quam edidit Francofurti ap. Andr. Wechel. 1581. in 8. Idem medicamentorum simplicium brevem institutionem Tiguri ap. Jac. Gesnerum 1560. in 8.

Rembertus Dodonaeus Mechliniensis, stirpium expositionem & descriptam Historiam in sex Pemptades seu libros 30 partitas, illas postremo auctas, & emend. in unum collectas typis cudi fecit Antverpiae Moretorum 1616. in fol. quae antea divisim elaborata diversis in 8. forma prodierunt temporibus, ut Florum & Coronariarum, odoratarumque Herbarum

Historia, Antuerpiæ ap. Plantinum 1568. Frumentorum, Leguminum, Palustrium, & Aquatilium herbarum Historia, Antuerpiæ ap. Plantinum 1566. Purgantium aliorumque eo facientium, tum & radicum, convolvulorum ac deleteriarum Herbarum Historia Antuerpiæ ap. Plant. 1574. Item Historia vitis viniferæ, & stirpium nonnullarum aliarum Coloniæ ap. Cholinum 1580. De Frugum Historia lib. 1. & Epistolæ aliquot de Farre, Chondro, Trago, Ptisana, Crimno, Alica, Zytho, Cerevisia &c. Antuerpiæ ap. Jo. Loeum 1552. in 8. Reperiuntur etiam prodromi vice trium priorum de stirpium Historia commentariorum Imagines &c. unà cum indicibus, Antuerpiæ impress. ap. Loeu. 1553. in 8. Et trium posteriorum eadem imagines &c. Antuerpiæ ap. Loeum 1554. in 8. Appendix demum illius adest variarum & quidem rarissimarum Plantarum, Stirpium, & Florum peregrinorum elegantissimorumque descriptiones continens &c. Antuerpiæ impr. ap. Plantinum 1574. in 8.

Petrus Belonius, Cenomanus, Observationes plurimarum singularium & memorabilium rerum in Græcia Asia, Ægypto, Judæa, Arabia &c. & de neglecta Stirpium cultura Comment. tribus libris Gallicè expressit, quos Carolus Clusius Latinos fecit, & recensuit impressos cum eod. Clusio. Idem Belonius de Arboribus Coniferis, Resiniferis, aliisque semperternâ fronde virentibus, cum eorundem Iconibus ad vivum expressis. Item de Melle, Cedrino, Cedria, Agarico, Resinis &c. Eosdem labores egregios, evulgatos Parisiis ap. Bened. Prævost 1553. in 4. habemus.

Bartholomæus Maranta, Venusinus, methodum cognoscendorum Medicamentorum simplicium libris tribus accommodavit, & in lucem edidit anno Domini 1559. typis Valgrisianis Venetiis in 4.

Marcus Navianus, Gerardimontanus, de Plantarum viribus Poemation parvum, Lovanii impressum ap. Hieronymum Wellæum 1563. in 8.

Petrus Gorræus, Biturigensis, formulas remediorum, quibus vulgò medici utuntur exposuit, ubi de Herbis plura enumerantur Lutetiæ ap. Ægidium Gorbinum 1560. in 16. & Lugd. ap. Joan. Marescall. anno 1584. in 8.

Paulus Hessus Melchioris Guilandini 10. Problematum contra Petr. Andream Matthiolum defensorem egit, defensionemque Patavii impressit M. Antonius Ulmus 1562. in 8. unà cum ejusdem Matthioli adversus ead. Problemata disputatione.

Nicolaus Monardus, Hispalensis, de simplicibus Medicamentis ex occidentali India delatis, quorum in Medicina usus est, tractavit, cujus latinus interpres fuit Carolus Clusius, cujusq. Antuerpiæ lib. prodiit Typis Plant. 1574. in 8. Ejus item habentur tractatus de Rosa, de Rosis Persicis, seu Alexandrinis, de Malis Citriis, Aurantiis, ac Limoniis, Antuerpiæ impress. ap. Martini Nutii Viduam 1565. in 8. Item de Lapide Bezoar deque herba Scorzonera lib. 1. Lugd. impress. ap. Raphelengium 1605. in fol.

Joan-

Joannes Wittichius, Vinariensis, Methodum simplicium Medicamentorum Patavii 1556. & de correctionibus Medicamentorum simplicium, Lipsiae ap. Henningum Grosium 1596. in 8. publici juris fecit.

Jacobus Wecherus, Basiliensis, in suo magno Antidotario speciali & generali multa & speciosa & exquisita de simplicibus Medicamentis & de Herbis proponit, & tradit, impress. Basileae ap. Episcopium 1580. & 1581. in 4.

Levinus Lemnius, Zirizaeus, Similitudinum, ac Parabolarum, quae in Bibliis ex Herbis atque Arboribus desumuntur dilucidam explicationem elaboravit impressam. Antverpiae ap. Gulielm. Silvium 1569. in 8. & Erfordiae ap. Esaiam Mechlerum 1581. in 8.

Antonius Pinaeus Historiae Plantarum Epitomen, cum earundem imaginibus, nomenclaturis, qualitatibus, natali solo &c. ex Dioscoride compilavit, impress. Lugd. ap. Viduam Gabrielis Coterii 1567. in 12.

Augustinus Gallus opus Agriculturae 20. dierum cum figuris &c. Italico idiomate composuit, publiceque exposuit typis Camilli Borgominerii Venetiis anno 1584. in 4.

Nicolaus Winckelmann, Forchemius, à quo prodiit Chronica Herbarum, Florum, Seminum, Fructuum, Radicum &c. quo tempore singula eorum colligenda atque in usum sint deducenda medicum Augustae Vindelicorum ap. Michaelem Mangerum 1571. in 4.

Franciscus Calceolarius, Veronensis, Petri Andreae Matthioli commentariorum in Dioscoridem compilator voluit esse, & compendiator, ut commodo Studiosorum majori consuleret. Iter item Veronae ad Baldum Montem Plantarum refertissimum descripsit. Haec omnia Venetiis impressit Valgrisius 1571. in 4. & Paulus Zanfrettus 1584. in 4. opera tamen & studio calami Joannis Baptistae Olivi Philos. & Medici eruditi &c.

Petrus Pena, & Matthias de Lobel, Plantarum seu Stirpium Historiam sub titulo *Adversariorum* novorum opus contexuere, Londini impressam 1570. ap. Thomam Purfoetium ad Lucretiae symbolum in fol. cum fig. In quam tamen Historiam animadversiones & annotationes sparsim confecit ipse Lobelius titulo Stirpium seu Plantarum Historiae, cum annot. &c. Antverpiae impressas ap. Christoph. Plantinum Architypographum Regium 1576. in fol. Item Balsami, Opobalsami, Carpobalsami, & Xylobalsami cum suo cortice explanationem Londini publicavit ap. Arnoldum Hatfield 1598. in 4. Adversariorum itidem partem alteram composuit, & Illustrationes, quae cum Ludovici Myrei paragraphis exhibitas Londini Thomas Purf. 1605. in fol. impress.

Bernardus Dessenius Cronenburgius, Coloniensis, de compositione Medicamentorum, libros X. doctissime exaravit, in quibus simplicium Medicamentorum quibus ea constant, exactissimam notitiam cum eorum delectu exponit in usque fatetur se omnia accepta retulisse à Bononiensibus praeclarissimis Praeceptoribus, ut lib. 1. 3. 4. 5. & 8. in enarrationibus Ne-

cio

cis mystificae & lib. 9. in declaratione unguenti rubei puerorum & Herbae Buglossae rubrae sub his verbis *Earum quoque vim scientiam habet, qui Buglossum rubrum appellant, à radice omnium rubicunda, quae & folia Buglossae nostrae pene similia visuntur cum quadam aspera inaequalitate. Hanc ipsam Herbam à simplicium studiosis Anchusam vocari novimus, dum Medicinae cum Botanicis operam daremus, cujusque abundè in foro Boario, ubi nos saepe effodimus, & hanc Alcannam dicere quis vetat?* Francofurti impressit Christophorus Egenolphus 1555. in fol. deinde Lugduni Gulielmus Rovillius 1556. in 8.

Josephus Milius, Volsolanus, scripsit de Hortorum cultura libros tres, impressos Brixiae ap. Vincentium Sabium 1574. in 8.

Garzias ab Horto, Lusitanus, Aromatum & simplicium aliquot Medicamentorum ap. Indos nascentium Historiam, primò Lusitanicè, & per Dialogos scripsit, deinde verò Latinam factam contractiorem reddidit, & Iconibus exornavit, quam Carolus Clusius adhuc ornatiorem fecit, & annotationibus illustravit, impressam Antverpiae à Plantino anno Dom. 1574. & 1593. in 8.

Christophorus à Costa, Hispanus, Aromatum Orientalium Historiam Hispanicè scripsit, quam Carolus Clusius in Latinum vertit & non semel imprimi curavit Antverpiae 1582. in 8. & 1605. in fol. cum aliis &c.

Honorius Bellus, Vicentinus, Epistolis aliquot ad Carolum Clusium de variis stirpibus quae Historiae rariorum Plantarum Clusii sunt appositae & impressae à Moreto Antverpiae 1601. in fol. insignem se praebuit Botanicum, huicque promeritus est inseri Bibliothecae.

Tobias Roelsius Epistolis quoque ad eumdem Carolum Clusium de materia Plantarum insignem suam Herbarum cognitionem scriptis perpetuis palam fecit, ut impressio ejusdem Clusii ostendit.

Carolus Clusius, Atrebas, doctissimus & famigeratissimus Herbarum Scriptor. Primò rariorum Stirpium per Hispanias observatarum Historiam libris duobus expressit Antverpiae ap. Plantinum 1576. in 8. Secundò rariorum aliquot Stirpium per Pannoniam, Austriam, & vicinas Provincias observatarum Historiam quatuor libris conclusam, impressamque Antverpiae ap. Plantinum 1583. in 8. Historiam tertiò rariorum Plantarum supradictarum auctam & admirabiliter exornatam cum figuris impressam Francofurti ap. Jo. Moretum 1601. in fol. Item Exoticorum in alio volumine in fol. libros X. cum figuris, & aliis &c. impress. Lugduni Batav. ap. Raphelengios 1605. cui accessere Curae posteriores & variae Observationes &c.

Joachimus J. F. Camerarii, Norimbergensis, opuscula de re rustica nobilissime expolivit, impressa Norimbergae ap. Catharinam Gerlacinam 1577. in 4. & ap. Petrum Kauffman 1626. in 8. Hortum item Medicum in quo plurimarum stirpium descriptiones, novaeque icones non paucae cum Exquisitis remediis, aliaque ad rem Botanicam facientibus habentur,

tur, excudit. *Epitomen de Plantis Petr. Andreae Matthioli novis Iconibus & Descriptionibus valdè auctam*, ex Francof. impressione Feyrabendii 1586. in 4. Symbolorum & Emblematum centurias tres concinnavit, quarum prima ex Herbis est decerpta, ubi rariorum Stirpium abstrusas proprietates cum Philologia alia est complexus, quas Norimbergae excudit Jo. Hofman & Camerius 1593. in 4. cum iconibus aeneis &c.

LAURENTIUS JOUBERTUS, Valentinus, Delphinas, qui Archigymnasii Bonon. fuit alumnus, plurima è cujus elevato ingenio excelsa scripta prodiere. Seorsim verò Pharmacopoeia Opera, Jo. Pauli Sangmileri studio edita Lugduni ap. Stephanum Michaelem 1579. in 8. quae plura nobis circa herbas speculanda proponunt. In Latinorum autem operum tomo primo Catalogus simplicium Medicamentorum habetur auctus, & alia etiam ad rem herbariam facientia proferuntur. Impressio cujus est Francofurtana Wechelorum 1599. in fol.

JOANNES COSTAEUS, Laudensis, Professor olim Medicinae Practicae primarius in Archigym. Bonon. ab anno salutis 1581. usque ad ann. 1590. quo obiit. Ejus habetur non infimum opus de Universali stirpium natura, libris duobus compositum, impressumque Augustae Taurinorum anno 1580. in 4.

LEONARDUS THURNEISSERUS, Basiliensis, Historiam sive Descriptionem Plantarum omnium, tam domesticarum, quam exoticarum, in qua earumdem, cum virtutes influentiales elementares, & naturales, cum similitudines, nec non icones etiam veras nobili & ingenioso conatu est adstruere labore. Berolini cum impressit Michael Hentzke 1578. in fol.

JOANNES THOMAS FREIGIUS, Quaestionum Medicarum libros 36. composuit, inter quos 28. inscriptus Dendrographia, & 29. Phyturgia 30. Botanologia, impressi Basileae per Henric. Petrum 1580. in 8.

SALOMON ALBERTUS Orationes de cognitione herbarum, deque Melchiorematis pretiosissimi natura, efficacia, aliisque disertissimè tractavit; liber Norimbergae impressus est ap. Catharinam Gerlachiam 1585. in 8.

ANDREAS CAESALPINUS, Aretinus, vir doctissimus, libros 16. de Plantis edidit Florentiae ap. Georg. Marescottum 1583. in 4.

JO. BAPT. PORTA, Neapolitanus, Villae amoenissimae & eruditissimae libros XII. construxit, in quibus verus Plantarum cultus, certaque institutio Ars prioribus incognita seculis monstrantur, typis Wechel. Francofurt. 1592. in 4. Phytognomonicam prius octo libris conclusam aperuit, in quibus nova facillimaque affertur methodus qua Plantarum &c. ex prima faciei extimae inspectione abditae probe vires dignoscuntur, Neapoli primùm impressam ap. Horatium Salvianum 1583. & 1588. in fol. deinde Francofurti ap. Jo. Wechelum 1591. in 8.

LEONHARDUS RAUWOLFIUS, Augustanus, Itinerarium Orientis in Syriam, Judaeam, Arabiam &c. in sex partes distinctum, in quibus plurima rara de omni materia medica, additis variis Plantarum &c. iconibus ele-

sè est professus, quod literario exposuit orbi integro Typis Longlegii 1583. in 4.

Balthasar Pisanellus, Bonon. Philosophus & Medicus, de esculentorum potulentorumque facultatibus, in quo simplicia permulta exactè examinantur & tractantur, librum edidit satis classicum & famosum Venetiis typis Jo. Bapt. Portæ 1584. in 4. quem librum primò Italicè scriptum in Latium vertit Arnoldus Freitagius, & imprimi curavit Herbornæ ap. Christophorum Corvinum 1593. in 8. quem denique cudi & alios voluit Genevæ ap. Phil. Albertum in 16.

Castor Durantes, Medicus Gualdensis, de bonitate & vitio Alimentorum Medicam juxta Celsum tractavit abundè, ejusmodi scripta impressit Pisauri Heredes Bartholomæi Cæsani 1575. in 4. & Romæ prius Berrichius anno 1585. in fol. Herbarium autem novum sacro vulgari idiomate (interveniente tamen Latino metrico virtutibus herbarum variis) composuit, impressum Romæ per Jacobum Berrichium & soc. ann. 1585. in fol.

Claudius Roccardus, Trecensis, de planta Absynthii tractatum promulgavit Venetiis ap. Robert. Meyettum 1589. in 4.

Gregorius & Jacobus Horstii, Germani, Herbarium Horstianum seu de selectis Plantis, & Radicibus lib. ij. complevere anno 1587. item opusculum de Vite vinifera accuratè composuere, quorum labores impressi sunt Helmstadii ap. Lucium 1587. in 8. & Marpurgi ap. Gasparem Chemlinum 1630. in 8.

Raymundus Mindererus, Medicus Augustanus, chymicis instructissimus, & maximè iis quæ ad rem Botanicam ditandam conducunt, Aloedarium Marocostinum, in quo meliorum simplicium, & plurium Herbarum perquiruntur naturæ, & facultates, publicavit, Augustæ Vindelicorum anno 1616. ap. Christophorum Mangium in 8.

Jo. Baptista Montanus, Veronensis, cujus Medicinam universam, in tres tomos dispositam, Weindrichius Uratislaviensis typis Wechelianis Francofurtensibus commisit anno Domini 1587. in fol. in quibus commentaria de qualitatibus simplicium medicamentorum abundè habentur, quorum explicatio seorsim etiam impressa visitur typis Balthassaris Constantini Venetii anno 1555. in 8.

Nicolaus Winclerus, Forchemius, Chronicam Herbarum, Florum, Fructuum, Radicum, Succorumque prodidit impressam typis Augustanis 1571. in 4.

Joannes Beltmas, Wenerensis, Tabulam simplicium Medicamentorum usualium septem linguis struxit, & eorundem facultates ordine alphabetico digestas enucleavit. Embdæ ap. Nicolaum Boeffeldum 1576. in 8.

Laurentius Scholzius, Uratislaviensis, Uratislaviensem Hortum descripsit, & illud carmine eleganter celebravit, cui Catalogum adjecit Botanicum &c. Uratislaviæ, typis Ger. Scharffenbergii 1587. in 4.

Leo-

[illegible] Antverpiensis, de Hortis [illegible], seu [illegible] edidit, impressum Antverpiae ap. Bellerum 1587 in 4. Item de [illegible] &c.

Joannes Thalius, Northusanus, Sylvam Hercyniam, proprius non [illegible] pedibus, sed ingenio prorsus lustratam apprime descripsit, in qua Plantarum ibi nascentium, atque in montibus [illegible] vicinisque [illegible] locis versus Saxoniam, Catalogum continetur [illegible] cum Horto medico Joach. Camerarii Francof. apud Feyerabendum 1588 in 4.

Gaspar & Joannes Bauhini, Fratres Basilienses, viri [illegible], & ingenio pares [illegible] artis Botanicae gloriam [illegible]. Hic scilicet Gaspar Phytopinacem instruxit, hoc est enumerationem Plantarum una cum [illegible] nominibus impressum Basileae per Sebast. Henric Petri 1596 in 4. Item Pinacem Theatri Botanici, seu indicem in Theophrasti Dioscor. &c. cum [illegible] Plantarum Synonymiis & differentiis [illegible] impressum ap. Ludovicum Regem 1623 in 4. Item Prodromum Th. Bot. cum fig. Francofurti ap. Jo. Treudelium 1620 in 4. Item Catalogum herbarum Basiliensium, Basileae impr. ap. Jac. Genathium 1622 in 8. Insuper Animadversiones in Hist. gen. Plantarum Lugdunensem, impr. Francofurti ap. Nicol. Bassaeum 1601 in 4. Illustrationem denique & auctionem Petri Andreae Matthioli in Dioscor. Francof. ed. ap. Nic. Bassaeum 1598 in fol. Hic autem Joannes de variis Fontibus, Thermis &c. cum plantis figuris & nominibus egit, impr. Montisbelgardi ap. Jac. Foillet 1598 in 4. & 1600 & 1602 in 4. Item de Plantis a Divis Sanctisque nomen habentibus, in opere de consensu & dissensu auctorum circa Stirpes, Basileae impr. ap. Conr. Waldkirch 1591 in 8. Similiter de Plantis Absynthii nomen habentibus, quod opus pro capite totius [illegible] magno consensu & dissensu Auctorum circa stirpes [illegible], opusculum tamen brevissimum impressum fuit Montisbelgardi ap. Jac. Foillet 1593 in 8. [illegible] est cum tractatu de [illegible] Treverensis, Campanorum & [illegible] Marci [illegible] Magnam denique [illegible] partem [illegible] in Historia Universali Plantarum omnium Botanicorum operum absolutissima, & tribus voluminibus [illegible] qui quoque [illegible] Henricus Cherlerus Basiliensis, & Dominicus Chabraeus Genevensis, Medici, eamque [illegible], impr. [illegible] curarunt Ebroduni 1650 in fol. cum suis [illegible] figuris.

Jacobus Theodorus, Tabernaemontanus, Opus insigne Botanicum Plantarum [illegible] continens elaboravit, impressum Francofurti anno 1588 in fol. Germ. ap. Nicolaum Bassaeum.

Andreas [illegible] Centuriam Epistolarum & variorum Carminum circa laudes & [illegible] Patricii [illegible], impressum Francofurti ap. Nic. Bassaeum 1591 in 8.

Theodorus Celidonius, Bononiensis, Agriculturam integram capitibus 36 distinctam [illegible] seminandarum, conserendarum, & perficiendarum Plantarum, tam herbarum compositionumque, quam Arborum

rum modum dedit, folio n. 170. & illum nobili viro Augustino Peroleo civi Bonon. dicavit anno Domini 1588. die 15 Octobris, quam manuscriptam & Italico sermone conceptam in suo inter alia plurima MS. asservat Museo Excell. Ovidius Montalbanus Phil. & Jurista Bonon.

Tarquinius Oesoritus vigintiquinque radices herbarum Pesti resistentes describendas & celebrandas scripsit, quas Argentorati excudit Josephus Ribelius 1589 in libro octavae formae.

Jacobus Antonius Cortusus, Patritius Patavinus, Herbarum studiosissimus & novarum Stirpium reperior, qui de suo nomine Cortusam Herbam appellavit similiumam licet fasciculo montanam & Alpinam Gasp. Bauhini, Lobelii, Clusii, Tabernaemontani, & aliorum. Liber ab ejus prodiit & genio & ingenio, in quo est graphicè & literaliter Hortus Simplicium Patavinus affabrè delineatus ueramati est consecratus, impressus Venetiis per Hieronymum Porrum 1592. in 8. qui eundem librum ejus auctori dedicavit.

Fabius Columna, Romanus, Academicus Lynceus. Plantarum aliquot Historia Φυτοβάσανος dicta, earum tamen, quae verius respondere videntur Antiquorum Plantis descriptis, Diosc. item Theoph. Gal. Plinii &c. cum novis animadversionibus illum est Neapoli cusa per Jo. Jacobum Carlinum 1592. in 4. Item ἔκφρασις minus cognitarum, rariorumque nostro aevo orientium stirpium, impressa Romae cum aeneis figuris ap. Jac. Mascardum 1616. in 4.

Gabriel Alphonsus Herrera, Hispanus, Agriculturam ab antiquis atque Neotericis scriptoribus erutam praesenti seculo accommodavit, atque in libros 6. ordinavit, quos è Castilionensi in Italicam vertit linguam Mambrinus Roseus Fabrianensis, quorum volumen quartae formae impressit Venetiis Nicolaus Polus.

Prosper Alpinus, Marosticensis, Botanicus Patavinus, de Plantis Aegypti ab eo observatis volumen celebre composuit, cui adjectus est de Balsamo Dialogus, Venetiis ap. Fran. de Franciscis impressus in 4. Item de Plantis exoticis libros 2. qui ab Alpino Alpino filio post Patris obitum completi & elimati atque editi fuere cum aeneis figuris ap. Joan. Guerilium 1627. in 4.

Antonius Pasinus, Med. annotationes, & emendationes Italico idiomate composuit in Dioscoridis libros & Petrum Andream Matthiolum, impressas Bergomi per Cominum Venturam 1592. in 4.

Aloysius Anguillara scripsit de simplicibus librum unum, cui notas adjunxit Gaspar Bauhinus, quem impressit Basileae Henric. Petrus anno 1593. in 8.

Adrianus Junius, Hornanus, Nomenclatorem herbarum &c. septem linguis exp. cum 50. titulis medicae rei illustrandae causa impress. Francofurti ap. Jo. Saurum 1596. in 8.

Conradus Heresbachius, Germanus, Spirensis, quatuor rei rusticae libros doctissimè & eruditissimè scripsit, in quibus naturas & vires herbarum,

rum, cum earundem cultura egregiè admodum demonstravit Spiræ Nemetum 1603. typis Commelinianis in 8.

Janus Antonius Saracenus, Lugdunensis, novam interpretationem in Pedacii Dioscoridis opera fabrefecit, additis eidem fabricæ, coronamentorum ad instar, variis scholiis, quibus variæ variorum codicum lectiones examinantur, diversæque sententiæ proponuntur, & conciliantur, impressam Francofurti ap. Andreæ Wecheli Her. anno 1598 in fol.

Jacobus Pons, Lugdunensis, Medicus doctissimus, qui Medicum optimè instruere & docere in opere inscripto *Medicus valus*, cui operi breves, utilissimas tamen, in Historiam Plantarum Rovillii annotationes inseruit, impresso Lugduni ap. Jo. Pillehotte sub signo Jesu anno 1600. in 8.

Adamus Zaluzanius methodum rei herbariæ in ordinem redegit non parum proficuam, quam Francofurti Palthenios Typographos impressit anno 1604. in 4.

Joannes Fragosius, Hispanus, de succedaneis Medicamentis rectè substituendis determinationes cum animadversionibus, in quibus plura medicamenta composita scripsit Matritiq. imprimi curavit ap. Petr. Cosin. 1575 in 8 & Matriti ap Gomesium 1583 in 4. Aromatum deinde, fructuum, & simplicium aliquot medicamentorum ex utraque India or. & occ. in Europam delatorum Historiam conscripsit, quam ex Hispanica lingua in Latinam convertit Israel Spachius Argentinensis, Argentinæque cudi jussit à Jod. Martino 1601 in 8.

Joannes Pona, Veronensis, accuratam descriptionem montis Baldi in agro Veronensi Sermone Italico fecit, quam Carolus Clusius in latinum traduxit, extatque cum ejusd. Clusii rar. Pl. Historiâ impressa Antverpiæ ap. Joannem Moretum 1601. in fol.

Gasp. Schwenckfeltius, Silesius, Gryphimontanus, Stirpium Silesiæ Catalogum distinctissimum & uberrimum descripsit, ubi earundem etymon, natale solum, tempus, natura, vires expertæ, aperiuntur. Lipsiæ ap. Dav. Albertum 1601. in 4.

Aureolus Philippus Theophrastus Bombast ab Hohenheim, dictus Paracelsus, in operum suorum medico-chymicorum, sive paradoxorum tomis 11 Francofurti ap. Palthenios impressis 1603. in 4. multa continentur quæ ad Herbarum notitiam referuntur ut tomo 6. de natura rerum libris novem, & tomo 7. ubi herbarius Theophrasti de virtutibus Herbarum, Radicum, Seminum &c. subinde de Elleboro albo, Persicaria, Corduo, Angelica, Perforata seu Hypericone libro 2 & 3 agitur.

Oswaldus Crollius, Veteranus, Hassus de signaturis rerum internis novum & insignem edidit tractatum, seu de viva & vera Anatomia majoris & minoris mundi, ubi Plantæ, & earum partes humano corpori ejusque partibus conferuntur, assimilanturque, ut inde nobilissima quædam conjectura arcana & abstrusiora quæque elici possint documenta medica,

dici, qui tractatus excussus est, cum Basilica Chymica ejusdem auctoris Francof. ap. Georgium Marnium 1609. in 4. & Marp. 1635. ap. Pet. Chouet in 8.

Abrahamus Spigelius, Bruxellensis, Isagogen in rem herbariam, libris 2. concisam, elegantissime atque doctissime concinnavit, impressam primo Patavii ap. Paulum Meietum 1606. in 4. deinde Lugduni Batavorum ap. Elzevirios 1634. in 16.

Joannes Georgius Schenckius à Graffemberg Hortum Patavinum cum competenti synonim. Plantarum Guilandini edidit Francofurti 1608. in 8. typis de Bry.

Joannes Renodaeus, Parisiensis, Dispensatorium medicum absolutissime composuit, in cujus primo libro sectionum 10. & capitum 199. circa plantarum exactam speculationem versatur. Parisiis illud est impressum ap. Viduam Gul. de la Noue 1608. in 4. & Francofurti apud Jo. Theob. Schonwetterum 1609. in 8. & Francofurti iterum ap. Paulum Jacobi 1645. in 4.

Frater Gregorius *Regiensis*, Capuccinus, Herbarum diligentissimus & profundus investigator, qui plurimas novas reperit Plantas variisq. multis doctissimis in re herbaria viris a quibus honorificentissime memoratur, commentariolum edidit de Capsicorum Historia, & varietate &c. impressum cum aliis auctoribus, eisdemq. à nonnullis &c. viz Bononiae anno 1613.

Joannes Stevartius, Lovaniensis, de Rosa Horizontali librum unum composuit, & edidit Lovanii 1608. in 8.

Nicolaus Marogna, Veronensis, scripsit egregie & docte de Amomo lib. 1. impressum Basileae ap. Lazarum *Zetznerum* 1608. in 4.

Gaspar Pelletarius, Monspeliensis, Plantarum, tam patriarum quam exoticarum in Walachria Zelandiae Insula nascentium Synonymiam studiose collegit, impressam Middelburgi ap. Richard. Schilders 1610. in 8.

Nicolaus Clavena, Bellunensis, Historiam Absynthii Umbelliferi, itemq. Scorzonerae Italicae, graphice non solum sed litteraliter delineavit, impressam Venetiis per Evangelistam Deuchinum 1610. in 4.

Paulus Stecanus in Epistolis suis Medicis plura de herbis deprompsit, Alpesq. descripsit &c. impress. Norimbergae anno 1625.

Daniel Winsemius, Ultrajectensis, Botanices professionis callentissimus in Cron. Aug. de Hortis diss. impress. anno 1630.

Petrus Renealmus, Blesensis, Specimen Historiae Plantarum aeneis typis expressarum edidit Parisiis apud Adrianum Beis 1611. in 4.

Pompeius Sprecchis, Venetus, Analysin Absynthii umbelliferi Nicolao Clavenae Bellunensi oppositam, Venetiis impressam per Antonium Turrinum 1611. in 4.

Emmanuel Swertius, Septimontius, florilegium de variis floribus & aliis Indicis Plantis ad vivum delineatis quadrilingue descripsit, &

& adornavit; Francofurti impressum ab Antonio Kempner 1612. in fol.

JACOBUS COLIUS, Ortelianus, Syntagma herbarum encomiasticum, earumdem utilitatem & dignitatem demonstrans exposuit Lugduni Bat. impressum ap. Raphelengios 1614. in 4.

LUDOVICUS JUNGERMANNUS Catalogum Plantarum quæ circa Altorfium Noricum, & ei vicina quædam loca nascuntur adornavit, quem Casper Hoffmanus recensuit, excudit autem Altorfii Conradus Agricola 1615. in 4.

BARTHOLOMÆUS AMBROSINUS, Philosophus & Medicus Bonon. præstantissimus & doctissimus Professorque Botan. Archigymnasii emeritus Horti publici Præfectus, & Ill. Senatûs ejusdem Civitat. Bibliothecarius, cujus egregiam virtutem, si quis penitius introspicere velit, is Aldrovandi nonnulla volumina de Quadrupedibus digitatis, de Monstris, de Draconibus, de Metallis &c. ab eo continuata consulat, & famam vocalesq; marmora advocet, quæ plura paucis comprehendentia plurima de eo docent, sic enim ipsa loquuntur:

Ingenio, eloquio, Medica est mirabilis arte,
Hoc ego, tu quod deest laudibus adde, vale.

Librum *Panaceam* inscriptum occasione Pestis grassantis anno 1630. de Herbis scil. quæ à Sanctis denominantur, tanquam optimus contra pessimum morbum præsidium publici juris fecit, cui accessit Capsicorum cum suis iconibus brevis Historia ad Eminen. & Rev. Cardinalem Spadam Bononiæ de latere Legatum, impressa Bonon. ap. Her. Victorii Benatii 1630. in 8

JOANNES STEPHANUS STROBELBERGERUS, Gallus, Professor Monspeliensis, Tractatum novum de Cocco Baphica publicavit Jenæ ap. Jo. Birchmanum 1620. in 4. Deinde Galliam Politico-medice describens de plantis in Gallia, ejusque particularibus Provinciis & Urbibus non incuriose agit. Liber impressus est Jenæ ap. Joan. Birch. 1621. in 12.

PETRUS LAUREMBERGIUS, Rostochiensis, Apparatum plantarum primum in lucem emisit, scilicet de Plantis bulbosis tuberosisque, quarum differentias, species, usus, tam culinarios quam medicos, culturam, plantationem, conservationem, & propagationem, cum Philologicis, Physicis, Theologicisque earumdem mentionibus edidit. Item quarumdam novarum Plantarum Ichnographiam & Descriptionem. Omnia impressit Francofurti Matthæus Merianus 1632. in 4. Insuper Horti culturam libris duobus comprehensam regulis & observationibus illustratam peregregie impressam ibidem per eumdem &c.

JOANNES NEANDER, Bremensis, Tabacologiam Medicochirurgicam Pharmaceuticam, hoc est Nicotianæ Herbæ descriptionem haud perfunctorie est prosecutus, Lugduni Batavorum impressam ap. Isaac. Elzeve-

rium

etiam 1602 in 4. Item Suffulcimentum [illegible] ap. Joannem Wesselium [illegible] in 4.

Ovidius Montalbanus, Philosophorum Bononiensis Collegii Decurio, Doctorque Iurista, in Archigymnasio Bonon. supra 30 annos Professor primum Logicae, mox Physicae, dein Mathesis, postremo Ethicae, & in magno Aldrovandi Musaei custodia praeclarissimo viro Bartholomaeo Ambrosino hoc eodem anno mortuo suffectus. Botanicae diligentissimi atque [illegible] a primis usque annis addictissimus, & ideo [illegible] proprio propensissimo in hanc rem genio introscripta haec scripsit, [illegible], videlicet, Indicem primo Plantarum omnium a se collectarum, exsiccatarum & chartis agglutinatarum, ex quibus quatuor magna volumina Hortos hyemales conficiunt, quem typis promulgavit ex officina Theodori Mascheronii, & Clementis Ferronii, anno Dom. 1624 in 4. Item varios vario temporibus Compendium tractatus & excursus typis Clementis & Jo. Bapt. Ferroniorum, hoc est, de Cervaldone, de [illegible], Hortensium verbis de [illegible], de [illegible] Plantarum & [illegible], denique varia ex hortis Paradisi tempore Carnasa Antonii publicavit &c. Intra vero ejusdem privati Musaei cancellos manuscripta reconditura, atque diversa, ad rem herbariam pertinentia, ecq. curiosa admodum, atque haud inutilia, ut sunt in [illegible] Epistola ad virum in omni doctrinarum genere clarissimum de Herba Medica, [illegible] vera omnino vetustissima Antiquorum apud nos in sylvis & dumetis latent &c. Tres tandem tomos Iconographiae in octava folii forma mole quidem parvos, sed virtute quam maxime nec non admirabilissimos, ad manus habet, in quibus [illegible] Plantae quamplurimae proceritate & ingenio a natura & arte simul junctis [illegible], & [illegible] effigiata videntur in [illegible] [illegible], & campis, pratis, sylvis, montes, valles, [illegible] ac oculorum conspectibus [illegible] [illegible].

Joannes de Aromatariis, Medicus Venetus praestantissimi Philosophi & Medici Physicorum [illegible], parva Astutia, de generatione Plantarum ex seminibus doctissime egit, quae egregie [illegible] in vocatis seminibus [illegible] Plantae [illegible] conformatam, & ut dicunt [illegible] hunc tractatum una cum aliis [illegible] ab Auctore impressit Venetiis Jacobus Sarzina 1625. in 4. & Francofurti [illegible] Holtmanns 1626 in 4.

Joannes Robin, Gallus, [illegible] exoticos [illegible] ad [illegible] [illegible] [illegible] quam exoticarum, quae in opus [illegible] & coluntur Horto, quod Parisiis impressum est ap. Petrum de [illegible] 1623 in 8.

Tobias Aldinus, Cesenas, exactissimam vobis dedit descriptionem rariorum quarundam Plantarum, quae continentur Romae in horto Farnesiano, impressum cum nova forma Romae ap. Jac. Mascardi 1625 in fol.

Hyacinthus Ambrosinus, Philosophiae & Medicinae Doctor Bonon., jam a multis annis Simplicium Medicamentorum Professor in Archigymnasio Bonon. & Horti Publici ejusdem Archigymnasii Praefectus praestantissimus

vissimi ejus fratris Bartholomæi Ambrosini successor in hoc munere. Intro-botanicas theses anno Dom. 1630. impressas Bononiæ in volumine quarti folii, typis Caroli Malisardi, publici non solum juris fecit, sed publicè in Archigymnasio sub die 18. Aprilis ita doctè, ita eruditè, ita subtiliter defendit, ut versatissimi & expertissimi in hac facultate nomen fuerit jure merito adeptus.

MARTINUS BLOCHWITIUS, Oscaliensis, Sambucum erudito calamo singulariter tractavit, cujus anatomen, & præcipuè quoad Medicamentosas vires, & quomodo multorum morborum brevi curatrices illæ evadere valeant, rationibus, exemplis, historiisque comprobavit. Impressit librum Lipsiæ Gothofredus Grossius 1631. in 12.

ANTONIUS DONATUS, Pharmacopœus Venetus, tractatum edidit vulgari sermone dictatum de simplicibus quæ circa Veneta littora nascuntur, & eorum præcipuè quæ Theophrasto, Dioscoridi, Galeno, Plinio, aliisque scriptoribus incognita fuere, cum æneis figuris, impressum Venetiis ap. Petr. Mariam Bertanum 1631. in 4.

JOANNES DE LAET, Antverpianus, libros XVIII. Novi Orbis, seu descriptionem Indiæ Occidentalis novis tabulis Geographicis & variis animantium, Plantarum, fructuumq. iconibus illustratam edidit Lugduni Bat. ap. Elzevirios 1633. in fol.

JOANNES BAPTISTA FERRARIUS, Senensis, è Soc. Jes., veriùs Florum nomen, & illud pulcherrimum undequaq. & transcendentissimum humanæ & Litterariæ curiositati commendatum protulit Volumen, scilicet illud librorum 4. de Florum cultura, qua terrica quoque ingenia amœnitatis Paradisum amœnitatis facultate reddi possunt, illud impressit Romæ Stephanus Paulinus anno 1633. in 4. Idem auctor Cœlestium Hesperidum ingressus Hortus Hesperides, sive Malorum aureorum culturam, & usum, libris 4. elaboratum, pulcherrimisque æneis figuris exornatum, Romæ sumptibus Hermanni Scheus 1646. in fol. palam omnibus fecit. Hanc speculationem non solum honestam sed honestissimam utilissimamque & delectabilissimam docuerit Platina ipse, vir eruditus admodum, curiæque Romanæ sacer secretar & assecla, in suo libro de Honesta voluptate & valetudine obsoniorum, impresso Austriæ per Gerardum de Flandria 1480. in 4. si modo ageret in Humanis &c.

ADOLPHUS VORSTIUS, Botanicus Lugduno-Batavus, Catalogum Plantarum ejusdem Academiæ inservientium, idest quæ in horto publico alebantur anno 1633. unà cum indice Plantarum indigenarum, quæ prope eamdem Civitatem nascuntur, collegit, impressum ibidem in officina Elzeviriana 1633. in 16. Idem repetit anno Dom. 1635. Henricus Keulbra sub directione ejusdem Adolphi libellumque impressit ibidem Elzevirius in 24.

THOMAS JOHNSONUS, Anglus, Mercurium Botanicum instruxit, seu descriptionem Itineris plantarum gratia suscepti peregit anno 1634. cum earumdem nominibus Latinis & Anglis, impressum Londini ap. Thomam Cotes 1634. in 8.

JOANNES VESLINGIUS, Mindanus, Eques, & Botanicus Patavinus, de Plantis Ægypti observationes & notas ad Prosperum Alpinum cumulavit doctissimè, & exquisitissimè simul, superaddendo alias ejusdem Regionis adhuc non observatas Plantas, quas impressit Patavii Paulus Frambottus 1638. in fol.

GEORGIUS MARCGRAVIUS de Liebstat, Misnicus, Germanus, Historiæ rerum naturalium Brasiliæ libros octo descripsit, quorum tres priores agunt de plantis, Lugd. Bat. impress. cum Gulielmo Pisone &c.

GULIELMUS PISO, M. D. Lugduno-Batav. de Medicina Brasiliensi libros 4. scripsit, in quorum postremo de facultatibus simplicium egit, ubi plures exhibentur plantæ cum figuris. Lugd. Batavorum impressum est volumen in fol. ap. Franciscum Hackium, & Amstelodami ap. Lud. Elsevirium 1684. una cum appendice de Tapuys, & Chiliensibus, Joannis de Laet Antverpiani.

JOANNES HENRICUS CHERLERUS, Basiliensis, in Historia Plantarum universali in tres tomos congesta, & à Doctore Joanne Bauhino primario elaborata, suas & non modicas contulit partes, cui etiam tamquam tertius in sustinendo tanto labore accessit Dominicus Chabræus è prælo Ebrodunensi 1650.

FRANCISCUS HERNANDEZ novam plantarum Mexicanarum Historiam contexuit, & edidit Romæ typis Vitalis Mascardi anno Domini 1651. in folio.

JACOBUS ZANONUS, Pharmacopæus Bononiensis, ibidem Horti publici custos, Italicè *Giardiniero*, Herbarum rerumq; naturalium peritiæ profusissimè amans. Is intra instructissimi sui Musei cancellos quam plurima Herbarum Cadavera immortalia non solum reddidit sed (quæ est illius Botanica Minerva) ea in superbissima picturis & auro coronata vertit in Aulea, preciosissimis quibusvis arachneis præferenda ornamentis Principum atque Magnatum. Ipse idem Observationes aliquot, vulgari licet idiomate conceptas, circa novas & non vulgares stirpes in Bononiensi agro nascentes, publicavit typis Jo. Bapt. Ferronii anno D. 1652. in folio magno, aliasque succedentibus annis fortè plures atque potiores proferet.

F I N I S.

SPE-

SPECIES GRAMINUM INDIVIDUALES.

THEOPHRASTUS lib. 1. *de hist. plant.* c. 9. Gramen vocat herbam specialiter appellatam, & illud trium facit specierum, sumpta à radicibus differentia triplici.

1. Gramen radicum multipliciter æqualium.
2. Unicæ majusculæ radicis, ex qua radiculæ pleræque aliæ proveniunt.
3. Binarum radicum majorum.

Dioscorides quatuor describit graminis species lib. nimirum 4. c. 26. ut notat Bartholomæus Maranta *de cognosc. simplic.* lib. 1. c. 9.

1. Gramen geniculatum dulce, arundinaceum minus, Jumentorum & Boum cibus.
2. Arundinaceum majus, Babilonicum, Jumentorum nex.
3. Parnassi hederaceis foliis, oculare medicamentum.
4. Ciliciæ, Cinna dictum, quod Boves inflammat.

Galenus lib. 6. de *simpl. medic. facultatibus* quatuor agnovit gramina.

1. Gramen Agrostis.
2. Esculentum majus.
3. Esculentum minus.
4. Parnassi.

Plinius sex Graminis species enumerasse visus est lib. 1. c. 10. & lib. 24. c. 19. quemadmodum notat Maranta lib. 1. *Methodi cognosc. Simpl.* c. 10.

1. Gramen internodiorum septem, ad capitis dolores.
2. Esculentum quinum dactylorum, Sanguinaria.
3. Aizoo simile Dactylon, ad pterygia.
4. Dactylon parietinum, tenue.
5. Babilonicum Camelos enecans.
6. Fœnu Græcum, dictum Telum, Carphos, Buceras, Aegoceros, Silicia.

Ruellius de *Nat. Stirp.* lib. 3. c. 91. hæc agnovit Gramina.

1. Gramen acculeatum primum, pentadactylon. Dens Canarius, Crus Galli, Pes Cornicis, Capreola, Sanguinaria, Coronopus Dioscoridis per eundem Ruellium.
2. Gramen aculeatum secundum, Aizoo simile.
3. Aculeatum tertium. Dactylon.
4. Arundinaceum. Calamagrostis tenuior.
5. Parnassi.
6. Cilicium, Cinna appellatum.

Hieronymus Tragus de *Stirpium historia* lib. 2. c. 35. & 37. & aliis etiam hæc gramina recenset.

1. Gramen Lolium primum.
2. Phalaris Dioscoridis. Sterilis avena Virgilii. Muris avena Germanorum. Anchmopa. Phœnicopteron. Rhustachios. Osthalen. Athon Aegypt. Hordeum etiam murinum, & Lolium murinum, aliis Aegylopa Galeni.
3. Lolium tertium Vitium frumentorum asperum, & acutum.
4. Lolium quartum exiguum Lolium Speltæ pestis.
5. Lolium quintum, Bromon, Siphonion, Acrospelon.
6. Lolium sextum, rotundum, paniculatum.
7. Lolium septimum, Lappaceum.
8. Lolium octavum, geniculatum, spica tenerrima.
9. Lolium nonum, longissimum, Arundinis principium.
10. Lolium decimum elegantissimum. Auricula Leporis Rhonensium.
11. Sparganion primum, agreste gramen, & Calamus agrestis primus.
12. Calamagrostis 2.
13. Calamagrostis 3.
14. Utrimque acuminatum spicis nigris.
15. Gramen vulgò cognitum. Carex acuta Virgilii. Aegicon. Amaxitis. Amphi Aegyptiorum. Amphyllion. Sanguinalis. Uniola. Aplaria. Hispanorum. Cotiata Dacum. Jebal Afrorum.
16. Centum nodia. Vegen & Thelnegil Serapionis c. 119.
17. Calamagrostis species minor adhuc.
18. Calamagrostis species minima.
19. Typha aquatica.
20. Anatum, Gramen aquaticum, arundineum.
21. Gnaphalium junceum. Lana pratensis. Heres. Ampeteon. Anaxiton. Anaphalis. Semeon Aegyptius. Gelason Gallorum. Centunculus Latinorum.
22. Gr. Scirpus primus, Syringa Plinii. Oxyschœnos quibusdam.
23. Gr. Scirpus secundus minor.
24. Euphrasia gramen, Germanis dicitur gramem coroborans oculos.

Ex

Ex Historia generali plantarum Lugdunensi dicta. Tom. 1. lib. 4. cap. 14. & seq.

1. Gramen. Bromus herba Lobelii. Aegilops prima Matthioli.
2. Bromus altera sterilis Lobelii.
3. Aegilops. Aegilops bromoïdes Belgarum Lobelio.
4. Aegilops. Dodonei.
5. Aegilops. Lobelii & Pena (Gaspar autem Bauhinus in suis animadversionibus in *hist. gen. plant. Lugd.* dicit hanc herbam & subsequentem esse unum & idem, licet delineatæ exhibeantur variæ, & afferantur diversæ.)
6. Aegilops secunda Matthioli radice, & foliis diversa.
7. Sylvestris Panici Matthioli. Herba alba Plinii forte lib. 8. c. 17. pecori mortifera.
8. Panici sylvestris alterius Dalechampii.
9. Mannæ prius Matthioli (idem dicitur esse cum subsequenti à G. Bauhino in animadversionibus.)
10. Mannæ prius Dodonei.
11. Mannæ secundum Dodonæi (hoc dicitur à Casp. Bauhino non differe à Panico sylvestri Matthioli.)
12. Phalaris. Frumentum Canariense Massiliensium, cujus semen passerculis Canariensibus est gratissimum.
13. Phœnix, seu Lolium murinum vel Hordeum murinum.
14. Vulgare Matthiolo.
15. Vulgare Dalechampii.
16. Vulgare Dodonæi.
17. Leucanthemum. Gramen tertium Fuchsii in *hist. pl.* c. 48. Holostium Ruellii. Euphrasia Gramen Tragi.
18. Pratense vulgatius. Herba simpliciter Herbarum vulgatissima.
19. Parnassi Matthioli. Cilicia. Cinna quorumdam.
20. Minimum Dalechampii.
21. Lanatum Dalechampii.
22. Junceum Dalechampii.
23. Pratense Dalechampii.
24. Anthoxanthon Dalechampii.
25. Leucanthemon Dalechampii.
26. Ischæmum Plinii l. 25. c. 8. sive Dactylon.
27. Bulbosum Dalechampii.
28. Spicatum Dalechampii.
29. Hordaceum. Holcus Plinii.
30. Murorum Dalechampii.
31. Polyanthes. Aegilops Plinii.
32. Filiceum sive polyanthes.
33. Nodosum.
34. Nemorum Dalechampii.
35. Glomosum Dalechampii.

36. Aureum Dalechampii.
37. Tomentosum, Alopecuros vera Plinii & Theophrasti.
38. Alopecuros Dodonei.
39. Triglochin, seu vermiculatum Dalechampii.
40. Pinnatum Dalechampii.
41 Alopecuros graminea Dalechampii.
42. Echinatum Dalechampii.
43. Exile
44. Minimum (Hoc notatur à Bauhino in *animadversionibus* idem cum gramine Filiceo sumpto paniculoso phalaroide Lob.)
45. Typhinum.
46. Cyperoïdes.
47. Bulbosum nodosum.
48. Calamagrostis Lobelii, vulgo *Leche*.
49. Sulcatum.
50. Aculeatum Matthioli.

Petrus Andreas Matthiolus cum Bauhino super Dioscoridem hæc exhibet gramina.

1 Gramen curva panicula C. B. minimum Xerampelinum Adv. & Lob.
2 Gramen Mannæ Sanguinella. Esculentum C. B. Capreola, & Sanguinaria Ruellii. Coronopus Diosc. Lonicero Manna Polonorum. Gesn. H. Esculentum Plinii. Primum Tabern.
3. Alterum. Caryophyllus arvensis glaber, flore majori C. B. Leucanthemum Dodon. Floridum majus Tab. Euphrasia gramen Tragi. Crateogonum Dodon. Gall. Holosthium Ruelli. Lobel. Centunculus montanus Cæsalp.
4. Parnassi.
5 Monophyllon. Unifolium Brunfel. & Dodon. Gall. & Lugd. & Cast. & Cam. & Tab. Henophyllon Gesneri H. Cotyledon sylvestre Tragi. Cyclaminus unico folio Dalechampii in Diosc. Bifolium primum Lonicero.
6. Aculeatum, idem Cast. & Lugd.

Ex Petro Pena & Matth. de Lobel in Stirp. Adversariis novis.

1 Gramen vulgatum pratense majus.
2. Pratense minus montanum.
3. Pratense minimum Narbonense.
4. Rabinum, vel Ravisum montanum, foliis Veronicæ caryophyllatæ.
5. Canarium seu caninum, medicatum officinarum, proprie *Gramigna*.

6. Cani-

6. Caninum bulbosum nodosum.
7. Arundinaceum scabrum, seu calamagrostis, fortè Babilonicum.
8. Arundinaceum leve, & pilosum nemorum. Ischæmum fortè Plinii l. 25. c. 8.
9. Arundinaceum striatum album.
10. Arundinaceum marinum maximum.
11. Ischæmum vulgare. Crus Galli. Dactylon Plinii, & Esculentum. Scirpus Trag.
12. Parnassi hederaceum, aut Chelidonii folio. Sanguinella Italorum, & Capriola Plinii Aizoi effigie.
13. Mannæ esculentum. Manna cælicum Alpinorum, semine exiguo, albido, compresso. Orizæ gustu &c.

Omittuntur Trifolia, quæ ad gramina referri posse quoque viderentur, nimirum Trifolia pratensia, Oxytriphylla, Medica, Loti &c. de quibus loquendo iidem Auctores hæc formalia verba nobis offerunt legenda, sub capite de Trifoliis &c. *quasi alteram Graminum familiam* &c. quia has herbas ablegamus ad tractatum earum herbarum, quæ à numero foliorum nomenclaturam adeptæ sunt.

Ex Lobelio in plantarum seu *stirpium iconibus* tom. 1.

1 Gramen pratense vulgare πόα Theophrasti Bauhino.
2. Pratense minus, vulgare alterum Bauh. minus Advers. in Bauhino.
3. Minimum Xerampelinum Narbonense & Belgicum.
4. Gramen panniculatum arvense Bauh. minimum. Advers.
5 Segetum panicula speciosa latiore. Panniculatum segetum Bauhini. Segetale sive arvense panniculatum Tab.
6. Agrorum, venti spica latiore, arundinacea, comosa pannicula. Arundinaceum arvense Tab.
7. Miliaceum. Pannicula miliacea Bauh. id. Tab.
8. Majus aquaticum. Panniculatum aquaticum Bauh. Arundinaceum panniculatum Taber.
9. Sulcatum vel striatum album. Variegatum Bauh.
10. Sorghi effigie. Sorghinum Tab.
11. Calamagrostis. Arundinaceum, fortè Babilonicum Advers.
12. Tomentosum, & acerosum, Calamagrostis quorumdam. Plumosum vulgi.
13. Exile durius, foliolis junceis. Secundum Bauh.
14. Panniculosum phalaroïdes. Eragrostis, seu elegantissimis panniculis. Bauh. *Amourettes* Clus.
15 Gramen phalaroides alterum.
16. Alopecuroides. Typhoides molle Bauh. Alopecurinum Tab.
17. Alopecuroides minus. Typhoides repens alterum Bauh. Alopecurinum tertium Taber.

18. Alo-

18. Alopecuroides minus alterum. Alopecurinum 2. Tabern.
19. Typhinum. Typhoides asperum, latifolium Bauh.
20. Spicatum, foliis Veronicæ caryophyllatæ.
21. Nigrum Lugd
22. Cyperoides. Spicatum latifolium, caule triangulo Bauh.
23. Palustre majus. Byperoides spica molli Bauh.
24. Aquaticum alterum. Junceum semine triangulo Bauh. Arundo minima Lugd.
25 Aquis innatans. Panniculatum aquaticum Bauh.
26. Anatum Trag.
27. Aquaticum spicatum. Fluviatile album Taber.
28. Simplici spica panici effigie. Lolium sextum Tragi sine icone.
29 Gramen aristis circumvallatum panici effigie. Panicum sylvestre spica aspera Bauh. Lolium septimum Tragi sine icone.
30. Tertium, panici effigie. Panicum sylvestre spica nigra Bauh. Paniceum tertium Taber.
31. Palustre echinatum. Palustre aculeatum Bauh. Aculeatum Lugd.
32. Exile hirsutum cyperoides. Hirsutum cyperi pannicula Bauh. Cyperinum pilosum Tabern.
33. Hirsutum nemorosum. Hirsutum majus latifolium Bauh. Combretum Plinii Anguillaræ, Lugd.
34. Marinum spicatum alterum. Junceum spicatum, seu Triglochin Bauh. Calamagrostis secunda (quoad iconem) Trag. Triglochin vermiculatum Dalech. Lugd.
35 Junceum marinum dense stipatum. Junceum tertium Bauh. Junceum quintum Tab. seu Junceum aquaticum minus.
36. Junceum maritimum. Junceum alterum Bauh. Junceum tertium Tab.
37. Holosteum Matthioli. [illegible] Bauh Hoc duplex observatur & erectum & repens; repens fortè.
